



**Jacobi Alvarez de Paz Opera**

De Exterminatione Mali, Et Promotioне boni - Libri quinque

**Álvarez de Paz, Jacobo**

**Lvgdvni, 1613**

Pars IV. de instrumentis assequendæ Virtutis in actione positis.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-77843](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-77843)

## PARS QVARTA

De Instrumentis assequendæ Virtutis, in actione positis.

**V**M Habitus Virtutum sint propter earundem virtutum actiones, & ad hoc illi à Deo infundantur, vel à nobis acquirantur, non ut otiosi in virtibus nostris redeant, sed ut data opportunitate in opus excent, manifestum est, quoniam precipua assequenda virtutis instrumenta, non tam intellectu ac voluntate, quam actione complementur. Et se aliquando functio intellectus & voluntatis, maximè ad virtutem adipiscendam subservit (sicut re vera subservit) non id habet quatenus cognitio aut affectio est, sed quatenus est interior virtutis actio, melius sive virtutem generans (ut inferius dicimus) quam opus exterius. Hoc ita esse, uniuersa sacra Scriptura clamat, que non tam ad intelligendum & desiderandum, quam ad bene operandum nos vocat. Et quasi opera sint ad vitam eternam assequendam precipua, quidam ad salutem animæ promerendam invitati dixerunt ad Dominum: Quid faciemus, ut operemur opera Dei, ut scilicet diuina mandata custodiamus? Paulus quoque Philippenses monet, Cum timore & tremore vestram salutem operamini. Deus enim, qui operatur in vobis & velle, & perficere. Non ad sola desideria virtutum, sed ad opera eos pronocat, & non ad queque opera, sed ad ea, que timor & tremor, id est, cor humile, & sibi ipsi diffidens, in Deo autem confidens, elicit, prudenter instimulat. Deumque operari in nobis velle & perficere, docet, non solum ut eum omnis boni auctorem praedicemus, sed ut etiam velle, id est, affectus voluntatis, propter perficere, nempe propter opera, esse cognoscamus. Instrumenta igitur acquirendarum virtutum, ad opus pertinentia, quatuor esse videntur, que viros religiosos, & spirituales mirum in modum ad omnem perfectionem iuvant. Hac autem sunt: Actionum cuiusque virtutis diligens & assidua exercitatio; nulla occasionis exercenda virtutis prætermisso; vita regularis sequela; & inuiolabilis regula seu instituti custodia; de quibus in hac quarta tractatione agendum est.

Nonum Instrumentum ad Virtutem,  
Assidua operum cuiusque virtutis exercitatio.

### CAPUT I.

**R**ÆCIPVA Causa exigui profectus in his, qui vitam spiritualem profitentur, non defectus cognitionis aut desiderij, sed defectus exercitationis esse solet. Illos enim aut quotidiana spiritualium librorum lectio, aut assidua Prælatorum exhortatio satis instruit, & pulchritudo virtutis illis oblati, non parum defuditum eius accedit: sed difficultas moderandi passiones, actionibus virtutis adiuncta, ab illis cessare facit, & illis prætermisso, mens cum ingenti sui profectus detimento ad alia, si non noxia, at inutilia, diuerxit. De tempore aduentus Christi & legis gratiae dictum est in Isaia: Quia repleta est terra scientia Domini, sicut aquæ maris oportentes: quia nimis corda terrena, Dei & mandatorum eius cognitione non aliter oppleta sunt,

A quam arenæ, in profundo mari delitescentes, aquarum multitudine immensa celantur. Quasi nullum, aut sanè paucissimos, & ineptissimos iam in Ecclesia reperies, qui non tantum unum agnoscant Deum, quod natura ipsa clamat, verum & personatum Trinitatem, & Filij Dei incarnationem, & reliquos fidei articulos non callicant, & quid malum, quid bonum sit, non facilis negotio discernant. Quod si iam non homines de media plebe, sed alios politiores & selectiores interroges, tam apte de virtute ac rebus diuinis different, ut scientiam Domini, terram repleteam & operientem ignorare non possit. Implerum sine dubio est, quod scripsit Ieremias: Et non docebit ultra vir proximum suum, & vir fratrem suum, dicens: Cognosce Dominum: omnes enim cognoscunt me à minimo eorum, usque ad maximum, ait Dominus. Omnes, inquam, agnoscent Dominum, quoniam voce Evangelij sunt sufficierter instructi, & doctorum predicatorumque sermonibus erudit. Si vero omnes pene fideles sufficiente Dei ac virtutis notione fruuntur, quanto magis vita spiritualis sectatores scientia spiritualium rerum abundabunt: Lucerna eminus positos luce perfundens, cominus positos, & quasi

Ioan. 6.  
28.

Philip. 2.  
11.

Terem. 31.  
34.

**Ioan. 1.9.** adhaerentes sibi efficacius illuminantur: Sic Christus lux vera, quae illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. **Spirituales viros** sibi vita imitatione propiores multo clarius & efficacius illustrant. Et quemadmodum **Egyptus** fatus Nili inundatione secunda, partem quandam habebat omnium fertilissimam, nempe terram **Geslen**, quam Patriarcha **Ioseph-patti & fratribus**, habitandam concessit: Misericordia, qui diceret ad Iacob patrem suum: Descende ad me, ne moreris, & habitabis in terra **Geslen**: erisque iuxta me tu & filii tui, & filii filiorum tuorum, oves tuae, & armenta tua, & vniuersa, qua possides; ibique te pascam. ] Sic verus Ioseph, Christus, vniuersum mundum, **Egypto** signatum, aqua fluminis magni, nimurum Euangelij, rigauit, & veritatis doctrina circumdedit, at terram **Geslen**, quam Beda interpretatur terram complutam, id est, virorum spiritualium statum, maiori cognitionis abundantia ditanit. Ad hunc statum horretus ille fratres suos, vt descendant, eos feliciter, quos non iam vt seruos tantum aut amicos, sed etiam fratres diligunt, quia vt illum profiteantur, necessaria est elationem deponere, & mentis humilitatem, rerumque terrenarum despicientiam sectari. In saeculo ex culpa hominum aliquando suntenebre, quia seipso infatuant, & lucem Dei, illis abundantanter oblatam, caliginis curarum obrutam & obscuratam tenent: at in statu nostro, iuxta illud, quod dicitur in Exodus: ubicumque habitabant filii Israhel, lux erat, ] abundancia cognitionis diuinæ non deficit. In hoc statu tanta est scientia copia cognitionisque abundantia, vt quique eorum, qui eum colunt, meritò dicat: Dominus regit me, & nihil mihi deerit: in loco pascuam ibi me collocavam. ] Pascuam enim locum, ut ai Batilius, sacram diuinorum oraculorum doctrinam vocat. Cui sensu astupulatur Dominus per Ieremiiam, dicens: Dabo vobis pastores iuxta cor meum, & pascent vos scientia & doctrina. ] Pascimus itaque scientia & cognitione Dei, & in hac parte tam affectu à Domino per se & per alios instruimus, & reliquis hominibus, qui non tam vita spirituali quam rebus temporalibus adhærescant, in immensum prælati simus. Quod quidem debet timorem incutere, si iuxta cognitionem nobis datum non vivamus. Ait enim Petrus Apostolus de his, qui sciunt, & non faciunt: Melius erat illis non cognoscere viam iustitiae, quam post agnitionem retro lumen conuersti ab eo, quod illis traditum est, sancte mandato.]

Nec longè absunt ab spiritualibus virtutis desideri virtutis, quæ quotidie retum diuinatum meditatione, & affida lectione, & sacra doctrina à prælati proposita auditione succedunt. Virtus namque in locum oculis semper obiecta, cum sit admirabilis, fulgentissimo splendore decora, non potest non in eorum mentibus igniculus desideriorum ingenerare. In qualibet republica ea magni aestimantur, & audiuntur, & pro rebus pretiosis habentur. In ceteris autem iustorum nulla alia durius, nulla potest nec nobilitas, nisi virtus agnoscatur. In cuius comparatione omne aurum arena est exigua, & tanquam lutum aestimabitur argenteum in conspectu eius. ] Et quidem meritò, quoniam argentum immundus est, & concupiscentia, non altera quam lutum amaram fecit; & aurum, si ad felicitatem mercatorum comparetur, non pretiosius est, quam exigua arena puliculus. Virtus autem, quamvis parva minus perfecta, initium est magnitudini opum, quæ

A aucta & ad perfectionem necessariam prouecta, se possidentem nunc magnificat, & post mortalitatem gloria multiplicat. Ea quoque ab hominibus appetuntur, quæ licet prestant, & onerent, simul cum onere honore inuelunt. Virtus vero vel ex eo est omni honore affecta, ut iustum eam habentem potius leuet, quam oneret. Ideoque desideratur ut penna, qua ita aem ornat, ut etiam in alta loca sustollat. Quis dabit mihi pennas sicut columba, inquit sanctus David, & volabo, & requiescam? Ab iniquis & peccatoribus vult discedere, & ideo pennas columbae cupit, & alas, que aui honori sunt, & pro vehiculo illi seruunt, exquirit. Penna coruorum, quibus corvus ab area discessit, & nunquam ad eam est reuersus, virtus: penne autem columbae, quibus nimis ab area, id est, a quiete mentis per sanctam actionem egreditur, ut ad eam iterum reuertatur, virtutes sunt: Penna columbae deargentata: ] quia si ha' penna, ut putat Augustinus, duo sunt praecpta charitatis, in quibus tota lex pendet & Prophetæ, quid melius quam omnes virtutes significant, quarum actibus duo ha' praincipia mandata dilectionis implemus. Ob has pennas iusti vocantur in Psalmo volucres pennatae, quibus ad excelsum subleuantur. De illisque dicitur in Proverbiis: Frustra iacit rete ante oculos pennatorum, ] id est, ante oculos electorum, qui ut ait Beda, pennas habent spei, & charitatis, certarumque virtutum, quibus & cælestia, dum vivunt, desiderant, ut ad haec post mortem mereantur pertingere. ] Si ergo virtus & thesaurus est, & honor, & dignitas, quid mirum, si iustus eam appetat, & super omnia desiderabilia concupiscat? Hauis non aëris, sed celi, suas alas desiderat, quarum subficio terrena fugiat, & è manibus aduersiorum evadat.

B Etsi autem virtutem probesciamus, & appetamus, sepissime virtutis pauperes, & vacui lumen quoniam ad eam allequendam non sufficit notitia nec desiderium, nisi assidua & diligens exercitatio eiusdem accedat. Aliud est, multis diuitias scire, inquit Bernardus, aliud possidere: nec notitia diuitiae facit, sed possessio. Sic hominem iustum non facit notio, sed possessio iustitia. Et Basilius cum viam humilitatem, humilitatis actus esse docuisset, substatim: Vix enim hoc modo per assiduum meditationem ad habitum humilitatis poterit peruenire, in artibus fieri consuevit. Potro idem modus afflendi nihilominus etiam est in quacumque alia virtute. ] Quantis sunt, qui montem illum apud nos & apud omnes nationes nominatissimum, quem fontem argenti ac diuitiarum vocare possumus, nuerunt, viderunt, & pedibus læpe calcarunt, & tamen pauperissimam vitam ducant, quia, quas videbunt, diuitias non possident, & rursum, ac facultatem innumerabilis argenti non tenent? Ita sunt plures, qui humilitatem, mansuetitudinem, obedientiam, & alias virtutes agnoscunt, & de naturis carnales multa subtiliter philosophantur, immo eas habere concupiscunt: quia tamen ab ipsarum actionibus absente, nunquam sunt virtutum possessores. Virtus enim non in notitia sola, nec in desiderio, sed actione est, & ille iustus est, qui virtutem ac omnem iustitiam operatur, non qui intelligentia capit, a sermone proloquitur. Quid prodesset, o iuste, famem depellandam, aut ad extinguidam siti si varios cibos & lanta coniuia considerares, purissimos aqua fontes, & generosa vina animo frigeres? Equidem si nec illos cibos manducaueris

C

D

E

Psal. 54.

二

Psal. 64.  
14.  
Aug. ibi.

5

Pjst. 148.

10

三

11

10

CC

四

Bern, Se

Bahl. re  
breui. a  
interro

2-

nec illam aquam vintumque potaueris, semper fame & siti torqueberis. Ita prorsus virtutem cognoscere, virtutem concupiscere, nihil aliud est, quam cibum & potum animae meditatione apprehendere; virtutem vero actione completere, est cibum hunc manducare, & in stomachum traicere, & spiritus calore concoquere. Si haec praetermitas, & soli labori desiderij, & considerationis intendas, nunquam robur, & vitam ex virtute prouenientem asequeris. Elia fugienti Iezabelem, & ad tutiora loca properanti, non dictum est: Surge, & cognosce panem, aut surge, & concupisc: Sed, Surge, & comedete, grandis enim tibi restat via. Idem preceptum omnibus iustis imponitur: ut si volunt at montem perfectionis ascendere, non sint sola virtutis cognitione, aut solo desiderio contenti, sed auidè panem virtutis comedant, id est, actionibus eiusdem insitum.

Quippe, sicut corpus humanum, inquit Anselmus, sine frequenti ciborum vsu nequit subsistere; sicut anima absque virtutum frequentatione non potest vivere. Qui ergo ad affectum bonitatis venire desiderat, necesse est, ut cum scientia, & voluntate etiam ipsum usum habeat. ] Et ecce causam imbecillitatis multorum: Quod si ex hoc pane virtutis comedunt, satis parum comedunt, & raro aut remissè actiones virtutis exercent, & ideo vires, & robur perfectorum minimè aspergunt. Omnes artes, quae in actione considunt, non sola arida notitia, nec solo insuffimo quadam desiderio, sed exercitatione discantur: & ille peritior eaudit, qui diligentius & perfectius arte exerceat. Virtus autem licet non sit ars, sed omni arte ac scientia sublimior, tamen in hoc cum arte consentit, quod in actione consilit. Ecclisio de Christi oculis, id est, de iustis, qui alios viam patris coelestis docent, scriptum est in Canticis: Oculi eius sicut columbae super riuulos aquarum, que lacte sunt lota, & resident iuxta fluentia plenissima. ] Ob mentis puritatem candidissimis columbis comparantur, que lati, nimis gratia spiritui, merguntur. Fluente vero iuxta quae resident, ipsas virtutes designant, quae ad modum fluminorum numquam se fislunt, sed semper actionum frequentia quasi nouæ aquæ accessione decurrent. Et oculi sponsa, id est, Ecclesia, qui corundem iustorum sunt imagines, nam idem sunt oculi capitis, & corporis, dicuntur esse sicut piseinae in Hesebon: ] sicut enim fontium est aquam emittere: ita & virtutum, quae fontes sunt bonorum actionum, honestas actiones proferre. Si ergo virtus actione generatur, actione prouenit, actione perficitur, abundum est, sola cognitione & solo desiderio eam velle conquifere. Quis enim hominum, inquit Dorotheus, volens disciplinam vnam aut artem imbibere, illam solo sermone consequeatur? Facere vtique prius perficerat omni studio, diligentia, deinde iterum facit, delētque: atque ita pedetentim labore multo artem ipsam & disciplinam apprehendit. Nos vero artem artium solo sermone credamus apprehendere absque opere? Hoc nequicquam licebit. Et ad idem pulchre Anselmus inquit: Ut si quis, qui citharista esse debuerit, citharam non cognovit, qualiter citharodus erit? Si etiam instrumentum illud non agnoverit, & si agnoverit, sed tangere illud noluerit, qualiter citharodus erit? Si autem illud agnoverit, & tetigerit, sed eius usum habere contempserit, nunquam propter cognitionem & voluntatem, sine usu huius artis peritus erit. Taliter namque licet quis habeat scientiam bene vivendi & voluntatem, nequam bonus erit, nisi etiam boni operis usum tenuerit, iuxta suam possibilitem. ] Haec illi.

3. Reg.  
19.7.

Ansel. li.  
de famili.  
6.160.

Cant. 7.

Dorothe,  
doctr. 8.

Ansel. de  
famili. ca.  
153.

A Iter igitur ad virtutem, eius exercitatio est, & qui vult aliquam virtutem adipisci, cognitioni eius, ac desiderio assiduum actuum eius exercitationem adiicit. Vis, o homo Dei, humilitatem? Non ergo putas satis esse si eius naturam agnoscas, si eius pulchritudinem cupias, nisi & ipsius actionibus studeas. Absconde ex desiderio te ipsum abiiciendi, bona tua, & detegi, si aedificationis non oblitus, defecetus tuos. Colloca re in loco infimo, ad ministerium externa specie abiectione applica, & quicquid modestiam & humilitatem redoleat, libenter amplectere, & sic efficiens humilitatis modestiaeque possessor. Vis castitatem? Castiga corpus, cohibe sensus, ama confessionem a personis suspectis, parulos Babylonis, id est, primas luxuria cogitationes, & leuisimos concupiscentiae motus ad petram, Christum, allide, & castitatem habebis. Vis obedientiam? Propriam igitur voluntatem obedientiam inimicam odio habeto, ductum Praelatorum libenter sequitur, & occupationes tibi a superioribus iniunctas amat. Quamcumque virtutem voluebis, propriis eius actibus vel efficiendo, vel obtinendo a Deo, gignes, & iteratione actionum assidua ad perfectionem vige promovebis. Virtus enim qualibet aliquam partem nostri vitiarum, & a dominio teatra rationis deficientem, suis actibus vincit: qui aetius, si desinet, nec illam a virtutis eximent, nec hostes illos vita spiritualis ingressum impeditentes proferment. Et, ut Ambrosius sapienter scripsit: Sicut bellator sine armis esse non potest, ita nec sine exercitatione virtus. Nam haec est, quæ pro armis illi est: & sine exercitatione, sicut miles inermis, a virtutis deiecta & dissipata succumbet. Ideoque saepe in scripturis sacris ad: virtutum actiones monemur, quia & studiosæ actiones virtutes nondum qualitas generant, & genitas in suo splendore & viroto conferuant. Accedentes, inquit, ad Deum, oportet credere. ] Et: Habe fiduciam in Domino exerto corde tuo. ] Et: Diliges Dominum Deum tuum. ] Et: Ambulate per vias prudentie. ] Et: Facite iudicium, & iustitiam, & liberate vi oppressum de manu calumniatoris. ] Et: Virtiter agite, & confortetur cor vestrum. ] Et: Sicut in die honeste ambulemus, non in comedientibus, & ebrietatisibus, non in cubilibus, & impudicitiis. ] Haec omnia nihil aliud quam virtutum exercitationem sonant, quia ornamenta anima sicut est, ipsos virtutis habitus paramus, quibus & vita Deo inuisa destruimus; & pulchri in conspectu eius efficiimus. Hoc est tributum, quod universorum Domini pendulum est, ratione cuius nos seruos agnoscit, & ut familiares suos, & ad suam domum pertinentes, insignibus suis, nempe virtutibus, amicit. Nec immixti hoc tributum ex pecunia nobis donata exigit, quia eam ut lucratemus, & cum virtutis restituemus, humanæ industria, gratia adiuta, commisit. Virtus autem quasi pecunia est, quam Deo donante recipimus, ut assiduis actionibus quasi solicita negotiatione ad nostram utilitatem & eius gloriam augemus.

E Ad hanc autem assiduum exercitationem actuum virtutum, non solum desiderium adipisci eas usu huius instrumenti precipui, sed etiam timor diuinæ comminationis potest impellere. Dominus enim (quod est observatione dignissimum) non tantum eos reprobat, qui perperam egerunt, verum & illos quoque, qui ab actionibus bonis cessarunt, exentiisque addicti cruciatus audierunt: Discedite a me maledicti in ignem aeternum: esurui enim, & non dedistis mihi manducare: fisiui, & non dedistis mihi potum, ] & cetera. Erilli, qui talentum abscondit,

Amb. lib.  
1. de  
Cain c.4

Hebr. 11.  
6.  
Prou 3.  
5.  
Matth.  
22. 38.  
Prou. 9.  
6.  
Ierem.  
22. 3.  
Psal. 30.  
25.  
Rom. 23.  
13.

Matth.  
25.42.

ib. n. 27.

Chryf. in  
imperf.  
hom. 53.

non quia illud dilapidavit, sed quia occuluit, dictum est: Serue male & piger, oportuit te committere pecuniam meā nummulariis, & veniens ego receperī sem vtrique quod meum est, cum vſura.] Merito verō ita reprehenditur, qui notitiam diuinorum vno talento signatam, ad actionem non contulit, & ex eo quod secundū quod agnouit, operatus non est, eam otiosam habuit. Sicut enim pecunia hæc corporalis, inquit auctor imperfeti, si sit in fæculo inclusa, ipsa est semper, si autem fuerit agitata de manu in manum, vſu ipso multiplicatur. (vnde vſura dicitur ab vſu.) Sic & fides Christi, siquidem otiosa reteatur in corde, non solum ipsa manet, quæ fuit, sed adhuc minoratur in otio, & torpescit, & legnis efficitur, & paulatim per actus carnales exanimata ad nihilum vadit: si autem exercitata fuerit, scripturis & loquutionibus assiduis suscitata, operibus bonis vivificata, non solum dico, multiplicabitur, sed nunquam definet crescere, donec viuet homo. ] Sic ille. Atque adeò ex defectu exercitationis virtus, non solum non cresent, verum & paulatim deficit, immoderatis affectibus eam oprimentibus, & ipsius vices illigantibus. At exercitatio assidua diligēnsque virtutem roboret, & operibus virtutis incumbente à pœna otiosorum & talentum abfidentium liberat, & statum spiritualium virorum quasi debitis fructibus exornat. Nam quid, quælo, est spiritualis vita, virtutum operibus vacua? Nonne effigies rei viuentis, quæ sensus & actiones vitæ refert, & omni sensu & actione vacua est? Nonne lyra tacitura ad dulces sonos edendos effecta, & ob negligentiam professoris eius omni sono & harmonia priuata? Nonne manus nunquam enauigans, & in portu carie tabescens? Nonne plumbea lancea, quæ specie quidem externa hostibus formidabilis videtur, & perlpicacius nota contemnitur? Ita sanè. Vnde si iustus cupiat huic vita suæ veritatem & spiritus substantiam tribuere, si velit eius ornamenta, nempe virtutes, procreare, & iam pullulantes prouenire, & vñque ad perfectionem perducere, hæc illi præcipua cura sit, vt actiones ipsarum proferat, nec solis desideriis animum pascat. Cognitio sane virtutis necessaria est, sed sicut basis, cui columna virtutis nititur, & vt fundamentum, super quo domus virtutis extriuitur. Desiderium etiam necessarium est, sed sicut aculeus, quo ad virtutem querendam excitantur, & legnes manere ac dormire non sinuntur. At aetio ipsa studiosa est, velut iter, quo ad virtutem tendimus: Est velut præcipua cauſa ex his, quas nos adhibemus, quæ virtutem procreat, & semel procreat augmentat. Aetio, est præcipuum aſſequendæ virtutis instrumentum, quo si non vtramur, omnia alia caſta, & inefficacia ad virtutem obtinendam manebunt. Nam virtutem comparare, non est eam agnoscere, aut concupiscere, sed actione completere.

### Virtutem interius & exterius exercendam esse.

#### CAPUT II.

**S**i præcipuum instrumentum ad virtutem adipiscendam est eius exercitatio, nunc, quomodo exercenda sit, inquiramus. Quia non sufficit alicuius artis discipulo, instrumenta artis, quam diligat, scire, sed necesse habet modum, viendi eis, & mouendi cognoscere. Ponamus ergo virtutes pro-

A pter actionem hominibus datas esse, & sive (vt dicimus) fine actione, si ad sint, otiosas esse, & si non ad sint, fine actione non gigni. Quod disertissime docuit Prosper Rheyensis, sic scribens: Virtutum quippe munera otiosa esse non possunt. Quoniam sicut veritas ait: Omni habenti dabitur, non habenti autem etiam quod habet, auferetur ab eo.] Non igitur ad hoc datur continentia, vt concupiscentia non repugner. Nec ideo cuiquam tribuitur sapientia & intellectus, vt non [ die, ac nocte in Domini lege meditetur.] Quid agit donum dilectionis, si benevolentia sollicitudo non vigilat? Quis fructus est patientia, si non habet fortitudine quod toleret? Aut quomodo in Christo piè viuere ostenditur, qui nulla persecutione pulsatur? Vel pax, quæ est Deo, & cum Deo, nunquid bene quieta est, si non discordat à mundo? Aut amor Dei poterit sine diabolis inimicitiis obtineri? Neminem profrus Dei gratia intentabilem facit. Nec ob hoc celestium armorum praesidio, à dextris & sinistris instituitur Christiana militia, vt nullo cum hoste configat, cum laudabilius sit atque faelicius, pugnantem non potuisse vinci, quād desideriū non potuisse tentari.] Hæc ille. Actiones autem, quibus virtus quelibet generatur, & crescit, sunt duplices: alteræ internæ, alteræ externæ; & tam istæ, quam illæ, vel sunt alienæ, vel propriæ, & in his omnibus necessaria est, vt virorum spiritualium defuder industria.

Hoc est virtus iusti & spiritualis elogium, quod in eo omnes neruos suæ mentis intendent, vt Christi Salvatoris imaginem induat. Scit namque scriptum esse: Indute nouum hominem, qui secundum Deum creatus est, in iustitia & sanctitate veritatis.] Christum autem induere, nihil aliud est, quam opera carnis deponere, iter vitæ spiritualis atripere, & vitæ Salvatoris nostri fieri conformem. Innovarius spiritu mentis, inquit Ambrosius, nouum hominem dicitur indutus, qui est Christus: Christum enim induit, qui per fidem renatus in Christo, æmulus est vitæ, quam tradidit Christus, vt iuxta Deum creatus videatur. JVita autem Christi, si attentius inspicatur, virtutum omnium actionibus, tum internis tum externis, reperiatur esse contexta, & operibus, quæ vnum poscant, & aliud faciunt, videbitur esse data. Exponamus hæc tria, quæ exquisitissimam nobis subministrant spiritualis vita doctrinam. Salvator noster Christus ita externis actionibus virtutum incubuit, vt nulla fuerit actio eius, quæ præstantissimè ad virtutem non pertinererit. Sermonem eius veritas, fidelitas, charitas afficiebat, quodlibet opus eius mansuetudo, humilitas, beneficentia, misericordia, & virtutes reliqua decorabant. Aut potius virtutes operibus & verbis eius exornabantur, quæ eo ipso sunt celstiores, quod à filio Dei per humanitatem assumptam fuerunt executioni mandata. Opera eius virtutis erant in initio, quia non ex consuetudine, sed propter gloriam Dei Patris, & salutem hominum, & ad dandum exemplum perfectæ vitæ assumebant. Opera virtutis erant in progressu, quoniam ex eadem intentione sanctissima, fine vlla vñis metalli admixtione continuabantur. Opera virtutis erant in fine, quia prout oportebat, temporis spatio perdurabant, & in eum fructum obtinebant. Nihil asperiebatur in eo, quod non infinitis modis virtutem edoceret, & sanctitatem ineffabilem aspicientium oculis demonstraret. At interna mentis eius occupatio, non aliud quam sapientia, charitas, iustitia, puritas, & omnis virtus, ac sanctitas fuit. Hæc intellectus eius, & voluntatis humanae opera, exteriores actiones regebant, & quasi vita souebant, & in-

Proph.  
lib. 2. de  
vocab.  
Gen. ca.  
35. Matth.  
25.  
Psal. 1.2.

2. Tim. 3.

Ephes. 4.  
24.

Ambr. 11.

immen

immensem pulchritudine & omni perfectione superabant. Actio enim externa, ut crassior & corpulentior, non est capax tanti decoris atque actio mentis, quae subtilior, & ab omni concretione materiae defecata, potest esse multo perfectior. Vnde cum Christus per humilitatem exteriorum se deiecit, multo sublimius per candens virtutem interiorum se submisi: cum per mansuetudinem iniurias sine clamore & querimoniis accepit, multo mansuetius, quam externa species praeferebat, voluntate sustinuit: cum per obedientiam se in passionem & mortem dedit, multo feruentius & obedientius, quam ostendebat passio oculis humanis obiecta, ludibria, & verbera, & ipsam necem terribilissimam fuit amplexus. Et tandem, cum aliquam aliam virtutis actionem exteriorum protulit, multo præstantius eam (quia ita natura virtutum interiorum ferr) interiorum actu voluntatis exercuit.

Ecce tabernaculum fæderis, exteriorum quidem pulchrum, sed interiorum pulcherrimum, quod oculis corporis offerebat opera vniuersarum virtutum admiratione dignissima, sed oculis mentis, quæ gestabat animo, maiora & admirabilia monstrabat. Ecce arcam intus & foris deauratam, quam tamen ita aurum sanctitatis exteriorius texit, ut interiorius in mente multo abundantius operire. Ecce librum scriptum intus, & foris signatum sigillis septem.] Ipse Christus liber est, de quo canit regius Palaes: Et in libro tuo omnes scribentur.] Episcope de se ait per os Iesaiæ: In manibus meis descripsi te]. Illud autem, in quo aliquid scribitur, ad munus libri subeundum destinatur. Est autem hic liber scriptus intus & foris: intus scriptus est, innumeris omnium virtutum operibus, foris vero, multis earundem virtutum exteriorum actionibus. Multa sunt in tegumento huius libri, scilicet in eius carne, descripta, quæ nos viam sanctitatis edocent, sed multo plura in eius chartis, nimur in animæ viribus, exarata. Nam & codices apud nos, si aliquid exteriorius in experimento scriptum continet, certum est, quia interiorius in chartis ex quibus concinnantur, plura & subtiliora contineant. Plus dico, ait Bernardus, hunc sensum attingens, idem etiam liber est, qui non poterat aperiri. Quis enim dignus inuenierit aperire hunc librum? Indignum se profiteatur & ipse Baptista Ioannes, quo inter natos mulierum maior nemo surrexit. Non sum, inquit, dignus soluere corrugiam calceamenti eius.] Venerat enim ad nos calceata maiestas, diuinitas incarnata venerat Dei sapientia, sed in libro clauso viisque & signato. Quod ligabat corrugia calceamenti, hoc cludebant signacula libri.] Sed prætereundum non est, quod hic liber sanctissimus atque pulcherrimus, & intus ac foris scriptus signatus dicitur, & quasi velamine obvolutus, ut necesse sit, illum euolui, ac detegi, ut intus & extra possit ab hominibus legi. Quare hoc? Nisi vt intelligamus, Salvatorem nostrum, ita virtutum omnium opera compleuisse, ut voluerit ad tempus propter nostram eruditionem abscondi; & nos simus cum virtutum, tum exteriorum tum interiorum, doctrina, præsertim ad humilitatem incitare. Est enim homo proclivis ad malum, & natura in donis quoque gratia se ipsum querit, & ex eis saepe non diuinum, sed suum honorem captare concupiscit. Apparet ergo Christus septem signillis obsignatus, & rebus, quæ ipsum apud homines deiciebant, absconditus, & homines ex eo discentibus & foris seipso multiplici virtute describere, & (quod ad se attinet) per humilitatem occultare. Quæ vero fuerint illa septem signacula, quibus Christi dignitas tegebatur, idem sanctus Pater Ber-

Apoc. 5.  
1.  
Psal. 138.  
15.  
Isaia 49.  
19.

Bern. ser.  
i. de Re-  
furest.

A nardus declarat. Septem quedam arbitror inueniri, inquit, quibus maximè celabatur in carne presentia maiestatis, ut non posset aperiri liber, & sapientia, quæ latebat, agnosciri. Sunt autem, quæ occurunt interim, matris desponsatio, qua partus virginis & conceptionis puritas velabatur. Infirmitas etiam corporis, qua nimur plorans, vagiens, latens, & dormiens, & ceteris subiacens necessitatibus carnis: latebat inter haec virtus diuinitatis. Sic & circuncisionis signum suscipiens, peccati remedium, ægritudinis medicinam, qui morbum omnem tollere venerat & peccatum. Et item in Ægyptum fugiens à facie Herodis reguli; nec Dei Filius agnosciri poterat, nec rex caroli. Quid tria illa tentatio inimici, in deserto, in pinnaculo, supra montem? Si Filius Dei, inquit, es, dic ut lapides isti panes fiant: ] Et item: Mitte te deorsum.] Neutrum Christus fecit: ut signaretur liber, ut falleretur astatus. Denique eò visque seductus est, ut haberet iam pro constanti, hominem esse purum, & in tantam velsiam superbia cœca proruperat, ut non diceret ultra: si Filius Dees; sed: Haec omnia tibi dabo, si procidens adoraueris me.] Sextum est, signaculum crucis, ubi pendit inter latrones, & cum inquis depudatus est Dominus maiestatis. Clausit & sepulta librum hunc, nec ullum signaculum omnino sic obstruxit, si occultauit magnum pietatis sacramentum. Sepulto nimur Domino, sola restare desperatio videbatur, ad eò ut discipuli dicerent: Quia nos sperabamus.] Qui non illo fleret in tempore clausum arctius librum, & non esse, qui aperiret? Sed ne fleueris ultra, Ioannes sancte, etiam tu noli flere, Maria. Procul sit luctus, tristitia nebula dissipetur. Lætamen in Domino, & exultate iusti, & gloriamini omnes recti corde.] Dignus est Agnus, qui occisus est, leo, qui resurrexit. Postrem liber ipse dignus est aperire se ipsum. Resurgens nimur a mortuis, resurgens autem virtute propria, & post tres dies sicut predixerat, testimonium perhibentibus inimicis, & resurgens in tanta maiestate & gloria: indicat manifestè quæcumque prædiximus signacula, vel experimenta, voluntaria, non necessaria, nec conditionis fuisse, sed dignationis.] Hactenus Bernardus.

Hæc, quæ hactenus diximus, ad duo priora pertinent, in vita Christi reperta; sed nunc tertium inquiramus, quomodo scilicet una actione virtutis aliam edocebat, & uno opere ad alia plurima homines excitabat. Id sane facilè intelligimus, dum quodlibet Christi opus meditatur. Humiliauit semper ipsum propter nos, & hac humilitate non tantum humiliatatem docet, sed & nos ad charitatem allicit erga eos, propterea quos diuina maiestas se deiecit, & ad misericordiam inuitat, erga eodem, quorum miseras imbecillitatésque suscepit: Et ad patientiam, ut contemni sustineamus: & ab obedientiam, ut Dei voluntatem nostræ in aduersis & abiectis præferamus: Et ad gratitudinem, ut propter eius immensam dignationem à gratiarum actione, & eius laude numquam cessemus. Sic deuota anima quamlibet Christi actionem in exemplum trahit, & in incitamentum aliarum assumit. Quia sicut lumen solis (Philosophia docente) substantia quidem lumen est, virtute tamen est calor, & decor, & perfeccio inferiorum corporum, quia sol lumine suo ea calefacit, promovet, & ad decorum perducit: ita quamlibet virtus Christi, exempli gratia, humilitas, substantia humilitas est, potestate vero est omnis virtus, quia ad omnem virtutem præstandam inducit. Nec incongrue ob hanc virtutum Christi proprietatem, dicimus ipsum fuisse grano sinapis comparatum; quo-

Bern. ib.

Mart.

Luke 24.  
22.

Psal. 31.  
11.

Luca 13.

niam

Ambro.  
ser. 2.

Origen.  
hom. 7. in  
Exsch.  
Basil.  
Conf. no  
nati. c. 2.

2. Cor. 6,  
16.

niam sicut hoc granum plus operatur, quam ex eius pusillitate præsumi posset: ita Dominus quamlibet suam actionem, etiam minimam, tanta acutioria & calore succendit, ut ea ex sua virtute ad aliam trahat, & unico exemplo sua puritatis, quod imitamus, ab omni tentatione nos protegat. Ipsilon autem grano sinapis fuisse indicatum, Ambrosius luculentissima oratione patescit, dum in quadam sermone sic scribit: Arbitror hoc ipsi Christo Domino rectius comparari: qui nascendo in hominem humiliatus, ut grano est: ascendendo ad cœlum, exaltatus, ut arbor est. Granum planè Christus est, dum patitur, arbor est, cum resurgit. Granum, inquam, est, cum famem esuens sustinet: Arbor est, cum quinque panibus saturat quinque milia virorum. Ibi sterilitatem humana conditione patitur, hinc satietatem propria diuinitate largitur. Granum autem dixit Domini, cum caditur, contemnitur, increpat: arborum autem, cum caecos illuminat, mortuos resuscitat, peccata condonat.] Sic Ambrosius. Hoc ergo granum exterioris aliquod virtutis preferit, sed interius maiorem virtutem haber. Granum est, sed terra mandatum, non iam in oīs, sed in arbore magnam affligit. In cuius ramis volucres cœli, id est, iusti, celestia concupiscentes, habitant, & a fructu eius, non tantum condimentum ad alios cibos edendos accipiunt, sed & omni se cibo, nempe omnium virtutum exemplo, reficiunt. Merito ergo Origenes ait: Propositus est nobis ad imitandum, Christus Iesus. Illud exemplar firmum est, quod qui sequi cupit, securus ingreditur. Et Basilius sapienter monuit cunctas actiones Christi non negligenter, nec quasi per transitum, sed intentissime & profundissime esse meditandas, quia qualibet eius actio, & quilibet sermo, omnis pietatis & virtutis est regula; adeo ut ex singulari aliquo eius opere recte perpenso, ad multa præstantissima virtutis opera moucamur. Et sicut ille, unicum Verbum Patris est, quo tamen non unum tantum, sed omnia dicuntur, tum visibilia, tum inuisibilia: tum facta, tum facienda & possibilia: tum creata, tum increata, quia Pater illo Verbo suo, sc. & ipsum Verbum, & Spiritum sanctum, & quæcumque sub eius potentiam cadunt, dicit: ita qualibet actio eius una cum sit, ratione tamen perfectionis immensæ multiplex ad persuadendum suo exemplo, & efficax ad omnem virtutem edocendam inuenitur.

Si ergo spiritualis vir, imitator est Christi, & sua vita conuersationisque sectator, ex Christo dicit, quomodo virtutum actiones exerceat. Sit tabernaculum Dei intus & foris pulchrum, & templum omni ex parte optimè ædificatum. Vos enim estis templum Dei vivi, sicut dicit Deus: Quoniam inhabitaro in illis, & in ambulabo inter eos, & ero illorum Deus, & ipsi erunt mihi in populum.] Sit arca intrinsecus & extrinsecus deaurata, illo auro purissimum mundissimo, quod numquam sentierit corruptionem. Sit liber scriptus intus & foris, qui sive in tegmine, sive in chartis conspectus, habeat unde asperientes & legentes erudit. Foris scriptus erit, si omnem suam actionem externam ad aliquam virtutem contendit pertinere. Tunc autem opus exterrum est opus virtutis, cum non ex arida quadam consuetudine, sed ex electione sit, & in virtutis finem, ac Dei gloriam amoremque dirigitur, cum debitis circumstantiis ornatur, cum ad hoc, quod mentem non distractat, tranquillè proficer. Id quo pacto præstandum sit, aliquo exemplo pandamus. Ad aliquod ministerium animarum, o vir Dei, ut ad docendum, vel prædicandum, vel ad excipiendo confessionem

A egredieris, si illud ex aliqua sinistra intentione, vel ex atida consuetudine, si tepidè & oscitant, si nimis sollicitè, & quasi suis viribus fidens prætes, eo ministerio imperfectiones tuas, non virtutem promouebis. Si vero ob Dei gloriam animarumque salutem, illud opus suscipias, si ex proximis tuis, ignorantiam, aut durem cordis, aut peccatum amouere queras, si feruidè exequaris, si mentis serenitatem & Dei presentiam conseruare studeas, virtutem illam, cuius est illud opus, augebis, & in ea mirum in modum proficies. Idem de aliis operibus ordinariis iudicium facito. Neque enim te ad extraordinariam & nunquam audita vocamus, sed ad ea studiose & fructuose præfanda, quæ quotidie facis, impellimus. Que profectò rectè (ut pareat) facta, & ex actuali fine virtutis aiumpta, potentia sunt, virtutes ad magnam perfectionem prouochere. Si opus namque ex fine alicuius rei terrene facias, amorem proprium & viuum aliquod pingue facies: Si vero idem opus ex fine virtutis in medium producas, virtutis illius incrementum habebis. Ad quod sapienter dixit Bernardus: Nec cessamus ab operando hoc cibo, etiam cum terrenis forte occupamus operibus, aut obedientia distante, aut fraternæ charitatis intuitu, quoniam dissimilis nobis intentio est, ab his quorum laborem peritum esse prædictimus. Dissimili proinde radici inhærens labo similis non similiter habet perire, quoniam radicatus est in ea, quæ nunquam perit, æternitate.] Haec ille. Si vero ex sola consuetudine opereris, quasi colore, aqua mixto, aut albugineoui, virtutem pingis, quam insurgens tentatio delet, vel aduersitas decolorat: si opereris ex electione & intentione recta, quasi colore, quem oleum liquefecit, virtutem delineas, quæ sic delineata, & menti veluti tabulae impressa, nulli vento tentationis, aut pluviae aduersitatis cedit. Denique dum operibus bonis oscitant, aut imprudenter, aut ex immoderata sollicitudine studes, quia substantiam bonam operum infici, laborem tuum & industriam amittis. Vesta quippe ex optimo panno facta, sed nec corpori aptata, nec bene coniuta, corpus decenter non tegit, immò gemitum ludibri & risu aliorum exponit; sic opus virtutis minus prudenter, minus feruidè, ac minus tranquillè assumptum, animam habitu virtutis non decorat, sed magis ineptum circumstantiarum imperfectione deformat. Animi tranquillitas, ait Basilius, nihil aliud est, quam virtutum fecundissimus fons. Ergo è contra turbatio, & inquietudo, & distractio, erit virtorū & imperfectionum origo. Sanctis ergo operibus, & sancte factis homo noster exterior vestitur: in motibus eius modestia, in conuersatione circumflexio, in rerum vnu paupertas, in cura corporis parcitas & asperitas, in occupatione utilitas proximorum eluceat. Nihil sit in eo, quod aspicientes non ædificet, nihil, quod virtutem non doceat: & siquidem exteriora opera, quasi verba foris, in libro hoc mystico scripta sunt, nullum si opus, quod Dei gloriam, & honestatem homini prærogatam non ostendat. Hanc exterrorum operum perfectionem & pulchritudinem petit à fidelibus Petrus Apostolus: Conuersationem, inquit, vestram inter gentes habentes bona de malefactoribus, ex bonis operibus vos confidantes, glorificant Deum in die visitationis. Primum profectu proprio & virtutum augmentatione, conuersatio bona deseruit: deinde ædificationi proximorum prodest, qui licet alieni à nobis ex consideratione nostrorum bonorum operum, & inculpata vita nostra, ex auctoritate in amorem mutantur, & ad con-

Bern. ser.  
contra vi  
tum in  
gratitud.

Basil. in  
conf. mo  
nast. c. 5.

1. Petr. 1.  
12.

Gen. 39.  
3.Psal. 44.  
14.

uersiōnē ad Deum disponuntur, & in die, quo Deus ipsoſ visitauerit, & corda eorum sancta inſpiratione terigerit, facilius diuinam vocem excipiāt. Tunc ipſi Deum glorificant, & nos instrumenta hu- ius gloriæ reperiūt. Quem laborem, remunerat or ille largissimus, tum in futura vita cumulabit, tum in hac virtutum incrementis afficiet. Cuius rei typus praeceſſit in Ioseph, Patriarcha sanctissimo, qui ex optima conuerſatione ab heros cognitus, quod Dominus effet cum eo, & omnia, qua gereret, ab eo diri- gerentur in manu illius, præfecit ipsum domui ſue, & vniuersam ſubſtantiam ſuam eius gubernationi commiſſit. Et ecce virum iustum in conditione fer- uili conſeruis ſuis prælatum, & post liberationem à vinculis principem Aegypti constitutum.] Sic ille, qui opera virtutis extrema optimè præstat, dum viuit in hac vita seruili, inter alios eminet, & poſquam erga tutum corporis egressus eſt, quaſi perfectus vit magnum in celis obtinet principatum.

Sed hic myſticus liber, nempe iustus, ad Christi imitationem intus quoque virtutis operibus ſcribat- tur. Ibi maiorem animæ pulchritudinem collo- catam ſciat. Omnis enim gloria, omnis pulchritudo, omnis splendor eius filia regis ab intus. Habet qui- dem illa fimbrias, id eſt, opera exteriora, quaſe ſunt tanquam ora interiori vestimenti; & circumdata eſt multiplici ſanctorum & vtlium cærenoniam varietate: at ſuam gloriam, id eſt, pulchritudinem, non tam in his, qua in interioribus virtutum actioni- bus ſitam exiſtitat. Scit enim à Gregorio ſcrip- tum eſſe: Quisquis exteriora ſua bene diſponit, ſed interiora negligit, in circuitu oculos habet, ſed intus non habet. Sancti verò omnes quia & exteriora ſua circunſpiciunt, ut bona de ſi exempla fratribus præ- beant, & interiora ſua vigilanter attendunt, quia ſe- ſe irreprehensibiles eterni iudicis obrutibus parant; in circuitu oculis & intus habere perihentur: ma- gisque ſe, quo Deo plecent, ſua extera compo- nunt. Comparatione ergo eorum, qua iustus vir in- tus in mente ſcripta eſt, omnia externa ope- ra, licet multa ſint & perfecta, pauca & minora exiſtimentur. Virtutes namque præcipue actionibus internis crescunt, qua velut externarum actionum origines & vires animæ, in quibus virtutes reſident, affi- ciētes, efficacius eis generant, & augmentant. Hac ſit præcipua proficiens cura, actiones interiores humilitatis, obedientiæ, mansuetudinis, & reli- quarum virtutum, & præteriū diuini amoris itera- re, & ſepiſſime, quoad eius fieri poſſit, repeteret. Ope- ra enim externa cum circa viſibilem materiam ver- ſentur, & ab aliqua interueniente occaſione depen- deant, non poſſunt quo cumque tempore elici. Im- mō aliquando per multos dies occaſionem cuiu- dam virtutis exercenda non inuenies. Inter eos, qui te ſiſtinent, & diligenter ſimilis mulcent obſequiis, ra- rō patientiæ occaſionem captabitis: in mediis hono- ribus, & dignitatibus paucas occaſiones humilitatis habebis: ſi omnia abundant, vix aduerteret, in quo exerceatur paupertas. At opus virtutis internum non à materia vel occaſione externa, ſed à ſola con- ſideratione intellectus pendens eſt, quam poſteſt ho- mo, & otie ſcumque voluerit, elicere, & ea pœnia ac- du- oluntatis affectus & virtutum actus iterare. Si itaq: velit quis, exempli gratia, in humilitati virtute proficere, extera deiectioni, ſeu humilationi ſue diligenter ſtudeat: ſi occaſiones ſe humiliandi non ultrō ſe offerant, eas querat, non minori auditate, qua ambicioſus honores & dignitates capiat. Sed quia non ſemper occurrit occaſio propria abiectionis & contemptus, etiam quaſita, actionibus inter-

A nis eliciendis ſedulò & feruenter inſtitat. Obicitur oculis mentis propriam humilationem, non à ſuo ſtatu alienam, & qua nunquam erit, ſed illam qua aliquando fortassis occurret. Et pulchritudinem, ac meritum humilitatis aduertens, & qua mifit Deo gra- ta, & a Christo dilecta, breui conſideratione expen- dens, eam voluntate & deſiderio ſuſcipiat. Poſtea al- terius humilationis recordetur, quam elapſis diebus refutauit, & repulit, ſequere ipſum magno metu exiuit, & a Christi imitatione deſciuit: de hoc ſu pro- fectus detrimento triftetur, & doleat, & in ſimiſi oce- caſione ſe ad ſuum profeclum, eam nequaquam pre- termiſſum eſſe conſtituat. Si honore afficiatur, il- lum honorem interius reſpuat, arque contemnat, & eo indignum ſe reputat: ſi deſpiciat, & in extre- mo loco ſinatur, id aequum exiſtimet, & libenti ani- mo ferat, & ſic mille alios actus humilitatis interius eliciat, quos humilitatem ſitientibus vñctio diſtabit: & eodem modo in aliis virtutibus exercendis pro- ce- dat. Nec adhuc ſit hac exercitatione contentus, ſed illuſtrum deſideriorum & inſignium aetuum adie- ctiōne magnificet. Humilitas amator optet, ſi fieri poſſet, ſanctorum omnium experta ludibia: obe- dientia ſectator, ſubditorum omnium labores preſu- ransque deſiderer: mansuetudinis cultor, omnium coru, qui aliquid pro Christo paſſi ſunt, concepi- ſeat iniurias. Dat eleemosynam pauperi? Dicat ex corde: Si ego poſtem, ô Domine Deus meus, omnium egenorum miseriſ ſubueniſſem. Concionem eft ha- biturus? Dicat: Si mea ſubieſt potestati, non co- ram pauciſ hominibus, ſed in conſpectu omnium in- fidelium tuam, ô Deus, fidem & gloriam annuntiaſſem. Seipſum aliqua corporis afflictione caſtagat? Dicat ex animo: Si corpus meū poſſet ferre, omnium conſefforumasperites ſuſcepſilem. Verbum mihi ſratum, mihi ſue reuerenter prolatum, a ſubdito vel a minori audit? Dicat: Et ego, Domine, pro amore tuo, non ſolū hanc iniuriam leniſſimam, ſed gra- viſſimas etiam contumelias toleraſsem. Sic interius opportunè, impotunè, die ac nocte, in occaſione, & extra occaſione: ſolus, & aliis associatus, triftis, & laetus, nun hanc, nunc illam virtutem exerceat, & in hoc interno labore præcipuam partem ſpiritualis profeclus poſitum eſſe ſciat. Nulla ad hos actus, ſi- cut ad opera extera, opportunitas expectanda eft, nullum tempus excipendum, nullus locus incon- gruous reputandus: Ecclesia, & cella: Oratorium, & lectus: atrium, & triclinium, & quilibet alijs locus aptus eft, vt mens deuota in eo hiſ actibus crescat, & virtutibus augendi, ac profeclu promouendo di- ligenter intendat. Tantum discretionis, omnium vir- tutum matris, meminiet, & conſiderata dupli- mensura virtutum, & gratia ſibi confeſſa, ingiter ope- rari non praetermittat.

Hi ſunt sermones optimi, quibus iustus interius ſcribitur, qui ſi ſolis exteriis operibus, licet bonis, eſ- ſet contentus, quaſi liber interius in operimento exaratus, & in chartis vacuus, inueniretur. Modicam virtutis accessionem facit, qui ſola extera opera exerceare decernit: dicente Laurentio Iuſtiniano:

Parum operatur, quamvis multa agat, qui non amplius agit affectu, qua ad actu. ] Et merito quidem ita diſcutum eft, quoniam ſicut humana vita, non tam in exteriis actionibus, ab anima procedentibus, qua- les ſunt progreſſio, co-emptio, & ſermocinatio, qua in actionibus internis intelligendi & volendi con- ſpicitur: ita ſpiritualis vita, non tam in virtutis fun- ctionibus, qua per corpus fuunt, qua in hiſ, qua à mente procedunt, conſideratur. Præcepta, qua ad actus interiores pertinent, credendi, ſperandi, dili-

Inſt. I. de  
diſciplo.  
C. fert.  
mon. c. 6.

gendi,

gendi; potiora sunt his, quæ pro actibus exterioribus  
data sunt: ex quo facile est intelligere, maiorem vim  
proficiendi interno labore mentis, quam externæ oc-  
cupationi corporis inesse. Mens ergo exteriora vir-  
tutis opera non deserat, sed cum maiori solicitudine  
actibus internis inquietet. Quos omnes Bernardus  
non incongruè ad tria capita reuocauit. Interpre-  
tans enim illud: Indica mihi quem diligit anima  
mea, vbi pascas, vbi cubes in meridie; addit: & alius  
quidam: Indica (inquit) mihi, cur me ita iudices,]  
vbi non sanè sententiam causatur, sed scrutari cau-  
sam, eruditiri flagellis petens, non erui. Item ali' us pre-  
catur, dicens: Vias tuas, Domine, demonstra mi-  
hi, & semitas tuas edoce me.] Quas dixerit vias vel  
semitas, manifestat alibi: Deduxit me, inquit, su-  
per semitas iustitiae. Ergo tria ista, anima curiosa Dei  
non cessat inquirere, iustitiam, & iudicium, & locum  
habitationis gloriae sponsi, tanquam viam, in qua  
ambulet, cautelam, qua ambulet, & ad quam ambu-  
leat mansio[n]em. De qua mansione sic habes in Pro-  
pheta: Vnam petij (inquit) à Domino, hanc requi-  
ram, ut inhabitem in domo Domini omnibus die-  
bus vita mea.] Et iterum: Domine dilexi decorem  
domus tuae, & locum habitationis gloriae tuae.] Potro  
de reliquis duobus: Iustitia & iudicium, ait, prepara-  
tio sedis tuae.] Merito tria ista m[ea] deuota requirunt, ut  
pote sedem Dei & sedis preparatione. Et pulchrit[er] in  
sponsa prærogatiuum concurrent pariter omnia ad  
consumationem virtutum, ut de forma iustitia sit  
formola; de iudiciorum notitia causa; de desiderio  
præsentia seu gloriae sponsi, casta. Talem profrus  
ecet esse sponsam Domini, pulchram, eruditam, &  
castam. Hac tenus ille. Ex quo appetit, animam san-  
ctis cogitationibus & meditationibus erudit, iusti-  
tia, id est, omnis virtus, affectibus formosam fieri: &  
desiderio ac amore celestium emundari. Exteriora  
igitur virtutis actiones sedulò diligenterque susci-  
piat, sed eas internis actibus informet: & cum illa ex  
necessitate cessauerint; isti, qui solum à gratia nobis  
assistente, & ab hominis voluntate pendent, cessare  
non debent. Sit anima sicut apis, quæ in alucario ne-  
quaquam ocio manet, sed suauissima mella conficit,  
intra scipiam affectibus, siue internis actibus dul-  
cissimos fauos mellis, id est, virtutes ipsas efficiat.  
Nam sensibus vti, & sensibilia percipere, est quasi flo-  
res carpere, ex quibus iustus vir per intellectum &  
affectionem mel conficit, dum omnia, quæ videt, quæ  
audit, quæ odoratu aut gusto percipit, & quæ con-  
trahit manus, in ylum boni, ad propriam confusio-  
nem, & humilitatem augendam, & ad incrementum  
aliarum virtutum, conuertit.

Exercitatio tandem virtutis, præter hæc duo, ter-  
tium etiam requirit, ut scilicet cuiusdam virtutis actibus,  
non tantum ipsam, à qua procedunt, sed aliam  
quaeramus, ut quasi affectione amicorum, ad id quod  
cupimus, consequendum iuuemur. R[ec]x enim, qui  
solus non potest hostem vincere, solerat alium regem  
amicum in auxilio euocare. Ita & vna virtus, quæ  
regina est, aliam ad vincendum vitium sibi contra-  
rium adiuvat, cum anima ad huius victorianam, non  
propriis solum virtutis actibus, sed alienis quoque,  
id est, alterius virtutis operibus elaborat. Vnam au-  
tem virtutem ad alterius adeptionem admodum ef-  
fe vtilem, D[omi]no theus ex patrum sententia docet, sic  
scribens: Hoc autem ignorare vos nolo, eum, qui  
libenter agro deseruit cum cognitione, reueatu[m] mi-  
rabiliter ab animi passionibus & diaboli impugna-  
tionibus. Noui enim fratrem acriter oppugnatum à  
fornicationis da[m]one, & cum agro ex dysenteriis  
deseruerit, ab hoc bello esse liberatum. Et Euagrius

A narrat de seniore quodam maximo, quod discipu-  
lum suum, huiuscemodi phantasmibus nocte op-  
pugnatum hac via liberauerit, indicet scilicet illi &  
ieunio & agrorum cura. Et de re hac interrogatus  
respondit: Nihil esse quod adeò passiones huiuscemodi  
extingueret ut misericordiam.] Hæc ille. Sed  
& Petrus Apostolus videtur huic doctrinæ fauere.  
Vos autem, inquit, curam omnem subinferentes,  
ministrante in fide vestra virtutem, in virtute autem  
scientiam, in scientia autem abstinentiam, in absti-  
nentia autem patientiam, in patientia autem pietatem,  
in pietate autem amorem fraternitatis, in amo-  
re autem fraternitatis charitatem.] Est ac si diceret:  
Fidelis exercitationem assumite ad virtutem, id est,  
fortitudinem acquirendam; quia mysteria fidei effi-  
cacerit credita, atten[tem]que considerata, mirabiliter  
animam roborant ad sustinenda, quæque aduersa  
occidentia. Fortitudinis laborem ad obtinendam  
scientiam acceptate; quoniam fortiter aduersa tol-  
erantes, & quali à laete faciliu[m] aucti, apti eritis de re-  
bus agendis illustrari. Scientia studium in abstinen-  
tia augmentum collocat: nam cognitio agendorum  
& cauendorum, hominem à nimio cibo & potu ab-  
strahit, & à crapula & ebrietatis malis auertit. Ab-  
stinentia parsitatem ad patientiam incrementum ac-  
cipit; nam qui scit, hunc animalem appetitum re-  
frinat, dicit in rebus aduersis patientiam habere.  
Patientia sit vobis visu ad pietatem: nam qui sine in-  
diguatione patitur, ipsa mentis lenitatem ad Dei cul-  
tum reverentiamque disponit. Pietas amorem  
fraternitatis foueat, quia dum Deo cultum exhibe-  
tis, & eius benignitatem admiramini, facilitatem ad  
diligendos fratres, & eis beneficiendi desiderium  
experientini. Ac tandem amore fraterno erga Deum  
charitatem prouochi, quia hoc præstantissimum su-  
amoris donum ille beneficis, & amatoribus fratum  
impertit. Vnius ergo virtutis actiones ad aliam af-  
sequandam iuant, & impedimenta tollunt, adiutum-  
que aperunt, ut hæc, quam optamus, introeat. Cùm  
enim virtutes vniuersae, forores sint, non mirum, si le-  
mutu[m] adiuuent, & non solum propriis actibus quæ-  
libet, sed sororis etiam sua studiis accrescat. Vidimus  
certè, summa quadam taciturnitate immoderatum  
risum & morum levitatem vinci; charitatis operibus  
donum orationis & contemplationis obtinet; do-  
no orationis castitatem prouochi; castitatem, humili-  
tatem, & erga Deum gratitudinem comparati. Et sic  
dum vna virtus in auxilium alterius accessit, & vi-  
altera pulluler, exercetur; illa suis propriis actibus  
crescit, & mens, pro alia asequenda, in studio illius  
prioris desudans, hanc etiam à Domino promere-  
tur. Hoc ergo instrumentum in hoc positum est, ut  
qui aliquam virtutem obtinere desiderat, eam exer-  
citacione actionum ipsius, tum internarum tum ex-  
ternarum discat, & aliarum etiam virtutum actiones,  
ad eam obtinendam & promerendam, assumat.

Eas Virtutes à quolibet iusto exerceendas esse,  
ad quas vocatur: ac de feruore in exer-  
citatione seruando.

### CAPUT II

**N**ON Omnes homines iustos ad eandem  
vocationem fuisse vocatos, constans Ec-  
clesia, & omnium fidicium recte intel-  
ligentium sententia est, quam ex spiritu  
sancto per os Pauli loquente suscepimus. In cuius  
epistolis legimus: Et ipse, scilicet Christus, dedit  
quodam

quosdam quidem Apostolos, quosdam autem Prophetas, alios verò Evangelistas, alios autem pastores & Doctores.] Quibusdam scilicet datum est ministerium Apostolatus, ut essent Ecclesiae capita, & fidem per totum orbem disseminarent; aliis donum prophetandi, ut occulta deterget, ac futura prædicerent: aliis onus euangelizandi, ut bonum nuntium Christi aduentus & legis gratia conscriberent: aliis ut essent pastores & doctores, qui docendo, populos pacherent, & paciendo, docerent. Non singulis data sunt omnia ministeria, sed singulis singula: Nam vniuersaque nostrorum data est gratia secundum mensuram donationis Christi: ] mensura autem non omnium donorum aggregationem, sed donorum partitionem designat, ut cuique propria quedam vocatio, proprium ministerium, ac donum obtingat. Et id quidem meritò, quoniam Ecclesia vnum est corpus, ex variis partibus membrisque compactum, quorum quolibet non omnia munera, sed congruum sibi manus exercet. Si enim quodus membrum omnia ministeria obiret ad vitam spiritualem pertinentia, non esset corpus ordinatum: & si singula membra vnum tantum ministerium haberet, non esset corpus perfectum: quare necessarium est ad ordinem, & perfectionem huini corporis, ut quodque suum manus habeat, ut cum aliis non tam munere quam amore conueniat. Si totum corpus oculus, sit Paulus, ubi auditus? Si totum auditus, ubi odoratus? Nunc autem posuit Deus omnia membra, vnumquodque eorum in corpore sicut voluit.] Quod si essent omnia vnum membrum, ubi corpus? Nunc autem multa quidem membra, vnum autem corpus. Multa, inquam, membra, non solum forma, sed actione distincta. Si enim omnes, inquit Anselmus, essent unius officij vel operis, quomodo impleretur relativa necessitas corporis, cum constet multis officiis opus esse ad gubernationem corporis? Nam Ecclesia superius capitum corpus est. In qua alius alta videt, oculus: alius recta operando, manus: alius ad iniuncta discurrendo, pes: alius preceptorum vocem intelligendo, auris: alius malorum factorem honorumque fragrantiam discernendo, natis est: Qui corporalium more membrorum, dum vicissim sibi accepta officia impendunt, vnum de semetipsum omnibus corpus reddunt, & cum diversa in charitate peragunt, diversum esse prohibent, ubi continentur. Si autem vnum quidcunq; agerent, corpus vtique, quod ex multis continetur membris, non essent; quia videlicet multipliciter compactum non existeret, si hoc concors membrorum diversitas non teneret.] Hæc ille.

Si autem hæc similitudo corporis aptissime fidelium varia ministeria patefacit, non minus varietatem vocationum ipsa Ecclesia natura substantiaque declarat. Nam Ecclesia est domus Dei; est Palatium summi regis, ad cuius splendorem & ornatum necessarij sunt multi serui; ad diuersa ministeria vocati. Quidam in rebus externis, quæ plurimæ sunt, Deo seruunt, quidam in intima familiaritate cum rege, & in rebus interioribus occupantur: alii spiritu robustiores, munus utrumque suscipiunt: & hi omnes ita sunt actibus & vocatione diffiti, ut tamen sint pace & amore coniuncti.

Viuersè verò iustorum vocationes, quosdam virtutes habent cōmunes, sine quibus haud quaquam possunt recte administrari; alias verò peculiares, quas hæc vocation & hic status exigit, ille verò minimè requirit. Immo intra eundem statum, eandemq; vocationem varia solent esse ministeria, quorū vnum ab una virtute, aliud verò ab alia depèder. Quod per compara-

A tionem ad ministeria reipublicæ facile intelligetur. Omnia enim exigunt nonnullā prædictam in agentis, fidelitatem erga maiores, æquitatem erga conciues. At robur corporis, & cor in periculis intrepidum est necessarium militibus, quæ nihil referet, si tenacibus iustitiam administrantibus non adfiant. Et peritiam legum est necessaria iudicibus, parum autem attinet, quod milites sint notionis legum ac scientiarum expertes. Et sic discurrentes per munera ciuitatis, facile perspicit quendam vni ministeriū esse utilia, quæ alteri prorsus sunt inutilia. Ita in Ecclesia quædam sunt virtutes omni vocationi & statui ita necessarie, ut si ne illis recte geri non possit. Nam siue quis vitam actiuan, siue vitam contemplatiuan, aut misericordie, siue temporalibus rebus intendat, siue doceat, aut confessiones excipiat, aut populo verbum Dei proponat, aut aliud quid faciat, non poterit, ut oportet, sine humilitate, sine fraternali charitate, sine patientia præstare, & sine aliis virtutibus similibus, quae sunt spirituahs vite partes, & virum iustum constituant, & animam sanctam exornant. Aliæ vero virtutes sunt, aut alia virtutum actiones, quæ vni statui omnino congruant, & alij potius officiant. Vocatus enim ad solitudinem, iugem lectiōnem, assiduam psalmodiam, ad multas horas contemplatiōnem exercitat: quod si vellet operibus misericordia vacare, discordes componere, carceres visitare, & alia munera similia actiōrum suscipere, manifestè deficeret. E contrà verò exvocatione cura animarum addicetus, ad ea se applicet ministeria, quæ ad luxandas animas instituta; at si curaret, totum tempus in oratione & lectione collocare, quibus ab utilissimis muneribus auocaretur, non profectum aliquem sed detrimentum incurret. In his etiam, qui statum colunt, utramque vitam, actricem & contemplatricem continentem, non minimas illusiones ex huius documenti prætermissione animaduerterunt. Nam quidam eorum vna sui status parte neglegēta, aliam nimia & immoderata cura suscipiunt: & ita negotiis & operibus misericordia se tradunt, ut tempora lectioni & meditationi destinanda surripiant. Alij delectantur ita studio lectionis & orationis, ut ferè nihil temporis in ministeriis animarum impendant. Vtique errant; quia ita deberent Liam & Rachēlem ducere, ut vtique satisfacerent, & pro vnius amore alteram non relinquerent. Quid de aliis dicam, qui ad concionandum vocati non sunt, ad id que muneri talentum non habent, & quotidie volunt concionari? Vel ad docendum sunt inidonei, & ingenij claritate & subtilitate parum exulti, volunt tamen magistri nominari, & alios docere? Quid de aliis, qui naturali prudentia, & suauitate, & reliquis ad gubernandum carent, sed ambitionis specie decipi appetunt imperare, & aliis eminere? H̄i omnes si in virtutis opera, ad quæ vocantur, incumberent, & aliena à sua vocatione prætermitterent, maiorum transillitatem & sanctitatem pollerent. Quia Dominus, quos ad aliquod munus vocat, specialiter adiuvat, & vt in eo virtute semper crescant, efficit quos autem ipse non vocavit, sed illi se ingelerunt, specialibus illis auxiliis destitutos dimittit. Ad quod verò ministerium quisque vocetur, non ex desiderio sensualitatis, nec ex ambitionis, aut curiositatis, aut propriae quietis affectibus, sed ex obedientia ductus, & Prælatorum imperio, ex Ecclesiæ electione non ab electo procurata, & ex diuina inspiratione, & ex mentis in omni virtute progressu cognoscitur. Si enim obedientia te ad munus suscipiendum moueat, & Prælatus, qui ius habet præcipendi, in eo te confituat, à Domino huiusmodi munus accipis, Prælatis

manifeste dicente: Qui vos audit, me audit, & qui vos spernit, me spernit.] Si Ecclesia te, nec procurantem, nec desiderantem, nec cogitantem, immo nec somniantem, quin & timentem & reluctantem alii praeficiat, à Deo ipso praeficeris, qui corda electorum mouet, ut dignum ministrum inquirant. Si assiduis inspirationibus ad statum perfectionis, velad munus aliquod salutis animarum exciteris, in quo non sit honor, sed onus; non requies, sed labor; non delectatio, sed abnegatio; signum est te à Deo ad illud munus inuitari. Si denique in his spiritus tuus adolescat, virtus proficiat, gustus coelestium augatur; si sentias, quia quotidie efficeris corde humilior, ad obedientiam promptior, ad sustinendum mansuetior, ad proficiendum largior, ad diligendum & contemplandum purior, bene poteris cogitare, quia à Deo vocatus es, ut munus illud subeas, quod non tua voluntate, sed coelesti nutu suscepisti, & in eo virtutis augmenta comparasti.

Vnusquisque ergo, non tantum virtutes omni statui vocationis que communes, sed suo statui peculiares diligenter exerceat, & earum actionibus ad perfectionem venire contendat. Ita illas amore & opere complectatur, ut istas non minori solicitudine diligat. Illæ namque sunt veluti viæ perfectæ fundamina, sine quibus non stabit: istæ veluti ædificationis partes, quæ si non adiunt, vita perfecta suum splendorem & decorum nequaque obtinebit. Illæ sunt sicut panes, qui in omni coniuio apponuntur: istæ quasi alij cibi, qui pro diuersitate regionum, aut temporum ab hominibus præpartantur. Illæ actions oportet præstare, sed istas non omittere, quoniā tam istis, quam illis, Domini voluntati & imperio subiicitur, proximos ædificamus, & mentis nostræ perfectionem prouehimus. Cui si aliud necessarium deest, profectio perfectio non erit. Quis autem dubitet, spirituali conuersationi nostræ virtutes, etiam peculiares status, ad quem vocati sumus, necessarias esse, sine quibus mutila & minus secura persistit? Quin & illæ primæ virtutes omni statui communes, vera non erunt, si ab actionibus peculiarium virtutum, proprio statui debitum, separantur. Neque enim vera obedientia erit, que nos ad omnia non expedit, & in rebus nostræ vocationis nos non facit patere: nec vera patientia, quæ incommoda ex statu emergentia non sustinet: nec vera humilitas, quæ occupationes humiles fugit, & mundi splendorum non proticit, & quem sancti & perfecti viri amplectuntur, timet subire contemptum. Virtutes ergo status peculiari cuiusque diligenter scandæ sunt, sine quarum actionibus in eo statu posito impossibile erit, vitam spiritualem perfectam obtingere. Nemo quippe in virtute proficit, qui Deo iubenti non patet, & suo Domino vocationi non responderet. Quomodo autem ille patet, qui studiosas actions sui status proprias non expletet, & dum ad eas à Domino internis instinctibus inuitatur, obsurdescit? De isto sanè ipse Dominus pronunciare poterit, quod scriptum est in Iob: Seruum meum vocavi, & non respondit: ore proprio deprecabar illum.] Seruum ille suum vocat, cum iustum, in aliqua vocatione positum, donis ad eam exemplandam accommodatis cumulat: seruum vero non respondit, cum dona illa in actionibus suo statui debitis non expedit. Hoc enim est quod dixit Gregorius: Vocat nos Deus, cum muneribus præuenit, respondemus verò vocationi eius, cum dignè iuxta perceptra munera deferimus.] Ore suo deprecatur, cum per Praelatos, per quos Deus solet loqui, & cum

A per interiores instinctus iustum de rebus ipsius statui attinentibus admonet, qui tamen cum eas ad actionem non elicet, quasi surdus efficitur. Qui tamen audiire curaret, si ista peculiaria virtutis opera quanti momenti sint, sciret. Hæc namque eo ipso quod ad ea vocatus est, ibi sunt utilia, & alia licet fortè meliora aut speciosiora, quia non exiguntur, & opera debita impediunt, sunt prorsus inutilia. Sed parum est dicere, quod sunt inutilia, quia etiam sunt noxia, & a regula discretionis aliena. Solitudo enim Anachoritis congruit, at tibi ad animatum lucra vocato nequaquam conuenit. Tibi ère est, prædicare opportune, importunè, arguere, obsecrare, increpare in omni patientia & doctrina, illis verò hoc non est congruū, sed à turbis secedere, & os magis ad præfallendū, quād ad prædicādum aperire. Huic rei non ineptè accommodare possumus quod Gregorius ad aliud propositum ait: Sæpe aliis officiunt, quæ alii prosunt. Quia & plerumque herbae, quæ hæc animalia entrunt, alia occidunt, & lenis sibilis equos mitigat, catulos instigat. Et medicamentum, quod hunc morbum imminuit, alteri vires iungit, & panis, qui vitam fortium roborat, parvulorum necat.] Eadem omnino ratione quædam opera secundum se bona, quibusdam sunt apta, quia eorum vocationi seruunt, quibusdam inepta, quia minimè eorum vocationi & statui conuenient. Duplex igitur, si volumus virtute proficer, nos cura sollicitet, altera, ut virtutum opera, omnibus communia, diligenter exerceamus; altera, ut virtutum opera nostra statui peculiaria secemur. Illæ nos studiosos vitæ Christianæ, ista studiosos profectoris status, quæ in vita Christiana sortiti sumus, efficient. Et ex vtrarumque virtutum operibus una vita spiritualis perfecta coalefet, quam Christus gratissimam habebit, & præmio tandem perfectorum afficeret.

Tam hæc virtutes particulares, quād illæ communes seruidè & diligenter exercenda sunt, quia augsmentum earum virtutum his actionibus procuramus, & quia magno vniuersorū Domino & creatori seruimus. Virtutes autem (vt ipsum experimentū parui profectus nostri euidenter ostendit) actionibus remissis non crescunt, & spirituales viri, qui ad diuinum obsequium, non timore, nec præmio, sed amore incitantur, non occiduntur, sed strenuè ac seruidè illi deferrunt. Illa virgo Beatissima, omnis sanctitatis, ac virtutis exemplar, abit in morta cum festinatione, & quæ adueniente in eam igne Spiritus sancti, splendore Patris conceperat; ab eo expedita & agilis facta est, ut posset ad excelsa festinare. Christum etiam iusti si non carne, at gratia cōcipient, à quo expediti redditur, ut possint ad perfectionis montem ascender, rumpant moras, & corporem excutiant, gressibusque studiosorum operum non lente se moueant, sed celeriter & festinanter ascendant. Ille, quem animo gestant, nominibus festinationis vocatus est. Voca nomen eius, inquit, Accelerata spolia detrahere: Festina prædati; ] vt & ipsi iusti sciunt, quia debent celeriter obsequi, & festinanter operibus salutis infondere. Qui potuit spoliare infernum, & nos celebrare, est potestate daemonis possidentis evipere, potens est etiam seruorem, & celeritatem ad cooperandum nostræ salutis tribuere. Quid nos derinet, quid nos remoratur, si talen adiutorum habemus, cuius potestas mouet, voluntas seruorem præcipit, & nomen ipsum eius ad solicitudinem in nostro profectu & festinationem inducit? Annon potestas eius seruos suos & iustos suos celeriter mouet de quo canit David: Qui facis Angelos tuos, spiritus, & ministros tuos, ignem vrentem.] Spiritus suos, id est, spirituales viros,

Iob. 19.  
16.

Greg. 4.  
mor. c. 19

Greg. 3. p.  
paſtoral  
cure in  
prologo.

Luke 1.

1/iii. 3.

Psal. 103.

viros, Angelos, id est, nuntios suos facit; quia eos, qui spiritu vivunt, & spiritualia sectantur, ad ministeria animarum convertendatum assumit. Et hos spiritus ac ministros suos facit ignem videntem, quia facit ut in bonis operibus spiritu feruant & postquam in seipso accensum fuerint, alios quoque eodem igne charitatis & feruoris absument. Exponit Augustinus quinam sint isti Angeli & ministri Dei, quorum ope ignis spiritualis in cordibus fidelium accenditur. Quomodo accipimus, inquit, qui facit Angelos suos, spiritus, & ministros suos, ignem flagrantem? Spiritus spirituales dicit. Bene facit Angelos suos spirituales, id est, nuntios verbi sui. Spiritualis enim omnia iudicat, ipse autem a nemine iudicatur.] Vide spiritalem factum Angelum Dei.

*Aug. 18.*

*1. Cor. 2.*

*1. Cor. 3.*

*1. Rom. 12.*

*1. Cor. 4.*

*2. Cor. 6.*

*Cant. 2.*

*1. Isaie 35.*

Non potui, inquit, vobis loqui quasi spiritualibus, sed quasi carnalibus.] De spirituali quadam affectione misus est ad carnales, tanquam Angelus de celo ad terram. Quomodo dicit: Et ministros suos, ignem flagrantem, nisi quomodo dicit, spiritu feruente? Sic enim feruens spiritu, ignis ardens est omnis minister Dei. Nonne ardebat Stephanus? Quo ignis ardebat? Et quis ille ignis erat quando lapidabatur, & pro eis, a quibus lapidabatur, rogabat? Cum audis, ignis est minister Dei, incensurum illum putas? Incendat licet, sed scenum tuum, id est, carnalia omnia desideria tua, vrat minister Dei prædicens verbum Dei. Audi illum: Sic nos existimet homo, vt ministros Christi, & dispensatores mysteriorum Dei.] Quomodo autem ardebat, cum diceret: Os nostrum patet ad vos, & Corinthij, cor nostrum dilatatum est.] Ardebat & flagraba charitate, & ibat in eos, vt incenderet. Hunc ignem se missum Dominus in terram dicebat, cum ait: Ignem venit mittere in terram. Quomodo gladium, sic ignem. Gladius diuidit affectum carnalem, ignis absumit. Totum in verbo Dei intellige, totum in spiritu Dei cognoscere.] Hæc illle. Igitur potestas Dei est, quæ iustos feruore completer, & ipsius Dei efficaciam imitentur, & virtutibus, quæ actionibus feruidis crefcunt, augentur, & alij eorum doctrina exemplaque à malo in bonum mutentur.

Feruorem etiam in studiis actionibus sua voluntatis ostensione præcipit Dominus, qui ad sponsam suam, nempe ad iustum animam, in Cantico ait: Surge, propere amica mea, columba mea, formosa mea, & veni.] Si solùm à peccato surrexit, & gratiam comparauit, amica quidem erit anima, sed profectò columba non erit. Quomodo enim columba, quæ non per acta pennis feruoris volat, sed super terram lentis tepiditas gressibus repit? Illi ergo volandum est, seu feruore properandum, vt columba dici mereatur. Sed si tantum a peccato surgat, & per feruorem vrcumque properet, iam amica & columba erit, sed formola non erit, nisi etiam in sancto & discreto feruore perseveret. Feruor namque perseverans, sicut calor perseverans, feditates spiritualis liquoris, id est, humanæ conuersationis, absumit. Ergo in feruore perfundunt est, vt anima se pulchritudine adepta laudetur. Atque adeo illi mandatum feruoris indicitur, vt non solùm amica, id est, incipientis appellationem audiat, sed columba etiam & formosa, id est, proficiens & perfecta nomen acquirat. Et fortassis hoc Dominus mystice indicare voluit, cum per Isaiam clamat: Omnes sicutentes venite ad aquas, & qui non habetis argentum, properate: emite absque argento, & absque villa commutatione, vinum & lac.] Nam si vim formosa, & lac columba tribuamus, & in

A vino perfectionem animæ, in lacte vero eiusdem profectum meditemur, iam festinatione, sive feruore, vinum & lac, id est, perfectionem & profectum, obtineri comperiemus. Sicutentes, id est, feruentes, ad aquas veniunt, qui vero frigent, seu algent, aquas gratiarum habere contemnunt. Argento carentes, id est, pauperes & humiles, qui se omni bona vacuos putant, ad emendum proferant, & sine argento, ac sine villa commutatione, sed solis precibus, & gemibus, & affiduo fastarum actionum feruore profectum animarum & perfectionem comparant. Festinemus igitur, inquit Paulus, ingredi illam requiem, vt ne in idipsum quis incidat incredulitatis exemplum.] Ille enim requies vere magna, vere admirabilis, & incomprehensibilis, qua timentibus Domini parata est, non harcentibus in luto rerum terrenarum, sed celeriter currentibus patet. Et similiter atrium eius, nempe huius vita perfectio, vnicia in hoc tempore animæ requies, non oscitantes, sed festinantes & feruide operantes admittit. Qui non festinat in eam ingredi, in quoddam incidit incredulitatis exemplum, dum quodammodo similis incredibilis & impis efficitur. Sieut enim antiqui illi Israëlite, Deo increduli, & de eius promissione desperantes, quia breui tempore post egressum ex Ægypto subliterunt, quadraginta annis per desertum vagari sunt, & tandem ab ingressu in terram promissionis depulsi: ita qui tepide se gerunt in inquisitione vera requiei, qualis per desertum suarum imperfectionum vagantur, & nunquam ad perfectionis requiem perueniunt. Hi interdum magna ex ambitione aggrediuntur, qua Deo iniusa sunt, quoniam prava intentione vitiata, cum tamen feruidi in minimis illi placeant, quia ea ex rectissima intentione & ex feruore præstant. Egresso Esau agnum, vt ad cibandum patrem ferant aliquam apprehendet, vocavit Rebecca Iacob, dilectum suum, dixitque illi: Pergens ad gregem, affer mihi duos hædos optimos, vt faciam ex eis elcas patri tuo, quibus libenter vescitur.] Sciens videlicet suavitatem ciborum non tam in eorum nouitatem, quam in modo condiendi & parandi consistere. Et Iacob obediens, communibus cibis patri placuit, & benedictionem præripuit. Sic multi communia, & minima opera tanto feruore, & tam pia Deo placendi solicitudine faciunt, vt ejus gratiam & benedictionem accipiant, cum tamen alii in maioribus laborantes, quia non strenue & recte operantur, benedictionem, quam optabant, minime consequuntur.

E Ipsum quoque nomen Domini ad tenendum in sanctis actionibus feruorem impellit. Vocatum est enim nomen eius Iesu, ] quod Saluatorem vel salutem significare cognouimus. Quis autem oscillator ac negligenter salutem inquirat? Certè si corpus aliqua aggritudine aut dolore tangatur, statim accersimus medicum carnis, & diligentissime eius iussa, licet difficultas capessimus. Venarum nostrarum scissionem, sanguinis emissionem, potionum insuauitatem, emplastrorum molestiam alacriter sustinemus, vt salutem carnis perdram, & post modicum peritutam, refluamus. Sed Christus salus est mentis, & eius initatio, omnium morborum spiritualium depulso: quanto igitur esset desiderio appetenda, quanto feruore, & solicitudine bonis actibus queritanda? Difficile est, assuta relinquere, & eximo desideriorum terrenorum ad virtutum excelsa transire, sed amor erga Deum facit, vt non id cum desidia, sed cum feruore & alacritate præstems. Quare Oseeas ait: Et canet ibi, nempe in solitudine, iuxta dies iuuen-

*Gen. 27.*  
9.

*Exodus 2.*  
21.

*Osee 2.*  
15.

turis sua, & iuxta dies ascensionis sua de terra Aegypti.] Nam quamvis spiritualis anima, in solitudine amicorum & rerum, quae ei placebant, sua conuersatione refidat, quamvis ascensionis difficultatem, ex vita distraeta & libera ad vitam perfectam & Evangelicis consilii addictam, sentiat, tamen ibi ex furore canet, & non tristis, sed laeta iter hoc peragat, & per vias mortificationis duras exultanter incedat. Id quidem merito, quoniam salutem & salutem, non iam corporis, sed sui ipsius, & salutem non aliquando defitaram, sed semper mansuram, inquirit. Pastores Bethleem auditio huius salutis aduentu, ad eam cum magna audirem properant, & ideo dignissimi sunt eam inuenire, videre oculis, brachis astringere, & suauissimo amore complecti. Venientur, inquit, festinantes, & inuenient Mariam, & Ioseph, & infantem positum in praepatio. Primo festinant, deinde inuenient, quia festinandum nobis est, & ingenti furore properandum, ut hanc salutem magnam inuenire possimus. Et ideo forte nonnulli querentes, inquit Beda, inuenire non merentur, quia desidiose Christum requirunt.] Quasi si aliquando sponsa hanc salutem rapidè, & minimè inuenit, surrexit, desidiam excusit, furorem concepit, & statim transtulit vigilibus eum quem cupierat, meruit inuenire. In lectulo meo, inquit, per noctes quatuor, quem diligit anima mea, quasi illum, & non inueni.] Quamobrem, o anima, Deo consecrata, tuum sponsum ac tuam salutem non inuenis, nisi quia in frigore noctium, & in desidia lectuli queris? Si illum in furore diei, & in itinere sanctarum actionum quatuor, vtique illum post non multum temporis inuenies. Surgam, ait, & circuibo ciuitatem per vicos & plateas, quem diligit anima mea.] Hæc resurrecio, qua à tempore surgis, hic circuitus, quo per furorem vniuersalustras, & nullum non lapidem moues, ut profectum inuenias, indicium magni boni est. Denique tu ipsa testis es, quia, postquam occuristi vigilibus, id est, Prelatis, ex quorum ore rationem proficiendi audiisti, & cum quibus tua desideria contulisti, statim inuenisti quem diligis.

Necessaria est ergo intenta sollicitudo, necessarius est ferior in virtutum actionibus collocandus, ut ad augmentum earum, & ad optatam salutem, in Christi perfecta imitatione positam, veniamus. Nam & sapienter dixit Chrysostomus: Opus est vigilans dilecti. Nam & miles dormit, non in lecto sed humili, piscator non dormiens piscatur, sed stans aliquando peragit noctem. Agricola omnem exhibet vigilantiam, ne domini vinea laedatur. Et pastor sub dio stans, noctem consummat, gregem custodiens, sicut Iacob dicebat: Fuardens altu per diem, & gelu per noctem, & somnis recesserat ab oculis meis.] Et quæ ipsius vigilæ ratio? Ne vlla ouis feræ captiuæ fieret. Si verò rata de irrationali pecude cura, qualem esse decet de rationali anima sollicitudinem gerentis? anima, inquam, omnium pretiosissima, nec æquivalentem totum pariter orbem habente, quæ simul nobiscum refurgit, pariterque defenditur, & diuino tribunali simul assulit.] Hæc ille. Curemus igitur diligenter salutem animæ nostræ, & cum magna sollicitudine eam virtutum donis exornemus: sciamusque hoc esse instrumentum virtutis aſsequenda præcipuum, eius diligentem affidiamque exercitationem, & iuxta virtutum rationes, & regulas humanae conuersationis institutionem. Qui vult igitur virtutes acquitare, quæsitas augere, auctas usque ad perfectionem prouehere, frequenter, quoad fieri possit, in actiones earum, tum exte-

A) riores tum interiores, incumbat. Eas omnibus numeris absolutas elicit, feruidè & tranquillè praestet, ita scilicet ut nec immoderatus furore anxietatem & distractionem inferat, nec interna tranquilitatis cura furorem imminuat. Ac tandem his actionibus virrum inhaeret, quæ propriæ sunt vocationis sua, ut sic Dei voluntati, has actions primo loco poscenti, se accommodet, & inueniatur in eo, ad quem vocatus est, statu perfectus.

*Decimum Instrumentum, nulla occasione exercenda virtutis omisso.*

CAPVT IV.

**H**oc argumentum de occasionibus proficiendi captandis, suprà à nobis pro necessitate materie explicatum est, sed quod tunc in quadam generalitate dimus, nunc ut instrumentum aſsequendarum virtutum, sicut re vera est, ad easdem applicamus. Cur autem nobis erit, nihil repete, sed quanta sit instrumenti huius utilitas, & quis vltus adhibitis nouis rationibus confirmare. Non satis est igitur, vt eum exercere virtutes, ut earum possessores simus, sed occasions nobis oblatæ elicendi virtutum actus, omittendæ non sunt, & si non offerantur, anide quæritandæ. In rebus enim humanis necessarium id esse, omnibus attente considerantibus competitum est. Nam & dux belli, si occasionem hostem vincendi poterit, solerit ab eo vincere, & miles in congregatu cum alio, nisi tempestive se tueatur, & ieiunum repellat, occiditur: & mercato si tempora emendi vendendique peruerat, non minimum sua substantiae detrimentum expeditur. Sic & in rebus spiritualibus homo, si occasionem virtutem exercendi prætermittat, quam vult acquirere, aut vulnus viri contrarij patierit, aut damno profectus amissi tristabur. Quantum autem sit damnum, hoc experta fuit sponsa, quæ, quia sponsa celester non aperuit, eius suauissimo amplexu manit orbara. Copiam ingrediendi aliquando fecit dilecto suo: Nam pessulum, ait, ostij mei aperiui dilecto meo,] sed quia non tempestive aperuit, & occasionem admittendæ sponsum perdidit, ipsius etiam aspectum, alloquium, & amplexum amisit. Denique ipsa tardè & morose aperiente, ille declinauerat, atque transierat.] O lamentabile detimentum, discessisse sponsum, & animam, quia oblatæ occasione non vlt est, solam ac defolatam fuisse reliqtam! Venit sponsus ad nos, cùm nos ad opera humilitatis, charitatis, & obedientia vocat. Ingressum ei negamus, cùm occasions harum ac similiū virtutum, ab eo data, negligenter præterimus. Pessulum tollimus, cùm importunitas inspirationibus tacti de elapsa occasione recte operandi dolemus. Tunc tandem aduertimus illum simul cum occasione virtutis exercende contempta transiisse, & ab habitaculo mentis nostræ, quod ob negligentiam nostram metit ille vacuum reliquit, ad aliud frauem sedulum & strenuum, qui virtutem exercuit, declinasse. Quis hanc acturam non dñeatur? Quis tantam oscitanciam non defleat, ob quam meritum gratia, & præmium gloria videt eruptum? Hornines huius seculi acerbissimè deflent, si occasionem descendendi, aut dignitatem quampiam acquirendi, è manibus

Lucas 2.  
16.

Beda. ib.

Cant. 3.  
1.

Cant. 3.  
2.

Chrysost.  
hom 22.  
ad popu-  
lum An-  
tiocheni.

Gen. 31.  
49.

Cant. 5.  
6.

*Prom. 9.* manibus elabifiniant, & nos non dolebimus si mil-  
le occasiones animas virtutibus ornandi & ditan-  
di perdamus? Hoc indicium stultitiae, & demen-  
tiae est. Sapientes namque cum tempora clapsa con-  
siderant, & quanta bona perdidérunt, quo tempo-  
re sapientes non erant, euolunt, hanc pustulam  
insipientiam damnant, & de cætero se ad resarcien-  
da damna præterita in occasionibus proficiendi  
emergentibus roborant. Da sapientia occasione, *Ecl. 21. 22.*  
ait Salomon, & addetur ei sapientia. Doce iustum, &  
festinabit accipere.] Nam sapiens occasions di-  
scendit non perdit, si autem perdat, satis exiguum co-  
gitationis rerum consequetur: & iustum, si ansam se  
amplius iustificandi sit natus, eam non omittit; si  
autem omittat, non usque ad magnum profectum in  
virtute solidabitur. Sapientia ergo proficiendi occasio-  
nes arripit, quia in illis sapientia & virtus augmentum  
collocatum videt. E contraria stultus eiulmodi  
occasions inuercundū contemnit, ex quibus alius  
gloriam, ipse vero confusione decerpit. Et fortè  
idem Sapientia hoc indicat, dicens: Tanquam dom-  
inus exterminata, sic fatuo sapientia: & scientia in-  
fensiati inenarrabilia verba. Compedes in pedibus  
stulto doctrina, & quasi vincula manuum super ma-  
num dextram.] Nam quæ rogo est stulti sapientia,  
scientia & doctrina, nisi oblati occasio discendi,  
& se actione aliquius virtutis ornandi? Si enim  
fatuo, & infensato, & stultus est, alia sapientia  
præter occasionem discendi, & virtutem augen-  
di caret, qui fatuitatem, & infensibilitatem, & stu-  
ltitiam sapientiae contrariam habet. Hæc occasio in eo est tanquam dominus exterminata, quia eam  
verem defruet, & nulli usui aptam pro nihil  
ducit: est verbum inenarrabile, quoniam licet occa-  
sionem videat, tamen quod praxim quasi illam  
non intelligit: est quasi nexus super manum dex-  
tram, qua solemus operari, quia eo ipso quod eam  
timore, aut temore corruptus, prætermittit, deinceps  
se magis morom, & difficilem, & quasi vinculum ad  
bonum opus sentit.

Occasions exercendi virtutes, non dubium  
quoniam occasions sine augendi virtutes, & gratiam &  
ampliorum gloriari comparandi, sicut occasions  
peccatorum patrandorum, sunt quasi semina iniqui-  
tatum atque acerbiorum peccatum. Si ergo pecca-  
tores occasionem peccandi, & in intolerabiles pœ-  
nas incurrunt non perdiunt; quare iusti occasions  
merendi & augendi facilitatem amittunt? De il-  
*Prom. 19. 18.* lis in Proverbis dictum est: Os impiorum deu-  
rat iniquitatem.] Quia sicut famelici impleri cibis  
desiderant, & oblatam occasionem comedendi &  
se exatiandi nequaquam prætereunt; ita peccatores  
impurissimum voluptatum audi, opportunitatem  
se metendin cùs non prætermittunt. Et tamen hi  
si cum Dei amicitia fidem deferant, ob momentaneam  
voluptatem, eternam pœnam sibi conciliare  
non ignorant. Si id est impis dicitur, de iusto dicatur,  
quia cupiente iustitiam, sicut sitibundi fontes  
aquatum: quam sele per occasions offerentem au-  
diffimile bunt. Cuius haufu non post modicum  
refrigerium ardorem pœnae sicut malis, sed post refrige-  
rium quietæ conscientie nunquam desituran lati-  
tiam consequuntur. Illorum solicitude in peccando  
malis perpetuus mulctabitur. Nam ut est in Psal-  
mo: Peccator videbit, & irascitur, dentibus suis fere-  
met, & tabescet, desiderium peccatorum peribit.] Videbit se ipsum, cui comminatur Dominus: Ar-  
guam te & statuam contra faciem tuam.] Videbit  
quā malum & amarum est, reliquise se Dominum  
Deum suum, & non esse timorem eius apud se.] Vi-

*A* debit suam in peccando diligentiam iustissime casti-  
gatam, quam demones nunquam interrupta in pu-  
niendo diligentia repensant. Ira autem videbit de-  
formitatem suam, iniquitatem suam, & acerbitatem  
pœnae sibi irrogatæ, ut non alijs nisi sibi meti ipsi ira-  
scatur, & in se iniquitatem indignationis arma conuer-  
ter, quia diligenter suos cruciatuſ quæliuit, & mor-  
tis occasions captauit. Dentibus suis fremet, & ca-  
bescer, quoniam tempore penitentia in peccatis  
ex acto nihil aliud supereft, nisi absque emolumen-  
to flere, & sine remedio gloriam amissam recupe-  
randi plorare. Sicut enim pluvia nimis serotina, &  
intempestiuſ cadens è cælo, nihil prodest vegeti-  
bus iam arctis, & emortuis; ita lacrymæ post  
hanc vitam, id est, post locum salutaris penitentia,  
profusa nihil proderunt eluendis peccatis in vita  
commisſis. Quod in Esau manifestè monstratum  
est, de quo inquit Paulus: Quoniam & postea  
cupiens hereditate benedictionem, reprobatus est:  
non enim inuenit penitentiam locum, quoniam  
cum lacrymis requisiſſet eam.] Denique deside-  
rium peccatorum peribit, cum transient omnia tan-  
quam umbra, ait Augustinus, cum fœno arescente,  
flos decidet. Verbum autem Domini, quod manet  
in æternum, sicut falsorum beatorum vanitate de-  
risum est; sic corundem verorum misericordum per-  
ditioni supercedebit.] Hæc peccatores scunt, non  
tamen considerant, nec recognoscunt, & ideo pra-  
sentem occasionem iniquitatis amplexantur, licet  
videant eam æterna pœna connunctam. Quid fac-  
iant iusti in exercendarum virtutum occasionibus  
arripiendis, quas æternum præmium subsequetur?  
Horum certè diligentiam in accipiendo opportu-  
nitatem abnegandi scipios, & in cura virtutes le-  
standi, misericors Dominus larga benedictione  
donabit. Qui post labores eorum [præcinctus se,  
& facit illos discumbere, & transiens ministratibus]  
Quare præcinctus seruis suis iam gradien-  
tibus, & dominis factis astat; nisi vt ab his, qui  
omnia impedimenta sui obsequij reiecerunt, om-  
nia etiam impedimenta gaudendi remoueat? Et  
quare transit, & vt diligens archiriclinus inter con-  
uias hic illucque dicitur, nisi vt sua sedulitate in  
læticando eos, ipsorum in famulando prætentam  
sedulitatem significet? Quis ergo amator iustitiae  
sunt se in sollicitudine à peccatoribus vinci? Quis  
eorum solerint in perspicidis occasionibus  
voluptatum, & in eis arripiendis videat, & occa-  
siones meritum & augendatum virtutum non  
arripiat?

*E* Nec solum peccatores, sed vniuersæ quoque  
creatura, imò & rerum creaturarum auctor nos do-  
cent virtutum exercendarum occasions amplexari.  
Quid res creatæ? Nonne opportunitis tempori-  
bus sine villa mora querunt proprie perfectionis  
augmenta? Ita sancè, vt in rebus etiam inanimis aper-  
te perspicimus. Ignis enim (vt aliquo utramque exem-  
plu) materiam tibi proximam statim adiungit, &  
reliqua elementa, si possunt, nulla interposita dilata-  
tione, in contraria agunt, & ea mutatione ad-  
se trahunt, & in propriam naturam substantiam  
que conuertunt. Et hoc propensione semper agen-  
di & mutandi scipios quali clamant ad nos, & di-  
cunt nobis ne ocio torpeamus, & in occasionibus  
augendi virtutem minime ab eius augmento ces-  
semus. Sed quid animalia commemorem? De quibus  
autem ait Ieremias: Milius in cælo cognovit tem-  
pus suum; turrit, & hirundo, & ciconia custodierunt  
tempus aduentus sui; populus autem meus non  
cognovit iudicium Domini.] Amiculæ, quæ nul-

*Hebr. 12.*  
17.*Aug. ad  
Psal. 111.**Luke 12.*  
37.*Ier. 8.7.*

lius momenti esse videntur, sua notunt tempora, & fine intellectu sciunt quando ad calida festinantes loca, rigorem hyemis debeant declinare: & tursus veris principio ad solitas venire regiones: & hominizatione praeeditus suum tempus ignorabit, & occasiones le mutandi, & calorem diuini amoris augendi præteribit? Quis non erubescat, si in proœctione spirituali boni, negligenter & apiculis inueniat inferior? Et illa quidem insinueta naturæ ductæ, apta ad mutationes locorum tempora cognoscentes, statim occasionem naçtæ à rigidis terrarum regionibus, in quibus vita periclitarentur, discedunt, & ad loca benigniora statim accedunt: ex quibus homo dicer, non solum occasionem boni agendi prævide, sed è vestigio eam ad vsum studiorum actionis assumere. Hanc enim ab animalibus, loca murantibus, cum tempus instar, nobis datum esse doctrinam, ex eo perspicitur, quod non tantum ad nostrum obsequium, sed & ad nostram eruditionem crea ta sunt. Ac proinde interroga iumenta, ò homo, & docebunt te: & volatilia cœli, & indicabunt tibi. Loquere terræ, & respondebit tibi, & narrabunt pisces maris.] Omnia hæc, si eorum naturas, proprietates, & actiones expendas, facient te obseruata in operando opportunitate, cognoscere, quia non debet occasions studiosè agendi dissimulare, & in oculitate ac desidia manere.

At si nolumus ex rebus creatis, tanquam ex ancillis nostris, occasionum vsum accipere, saltem id ex nostro, & earum auctore discamus. Ipse, qui adiutor dicitur in opportunitatibus, in tribulatione,] semper opportuno tempore nos adiuvit, & congruis spaciis omnia ad nos pertinentia disponit. Statim ac tempus affuit, quo anima nostra creanda esset, eam ex nihilo condidit, & corpori organis disposito infudit. Postquam vero nos fecit, & vñtam nobis huius lucis attribuit, eum experimus sollicitissimum prouisorem, diligensissimum adiutorem, ac cooperatorem fidelissimum, qui omnia tum naturalia, tum supernaturalia pro exigentia cuiusque agit in nobis, & nunquam à volentibus operari se subtrahit. Sed illud opus præcipuum, quo genus humanum redemit, & ex iniunctio ne in statum amicitia transiit, iuxta dispositionem æternam prouidentia sua, quam opportuno tempore & fine villa mora perfecit. Propheta hoc esse Dei ingenium agnolentes, ut nunquam congrua suorum operum tempora prætermitteret, dum opus optant, tempus iam faciendi operis instante commemorant. Domine, opus tuum, inquit Habacuc, in medio annorum, viuificabis illud, ut mortem nostram destruerit, & Deus mortiens, nos mortuos viuificet. Et Paulus: Vbi venit plenitudo temporis, misit Deus Filium suum factum ex muliere, factum sub lege, ut eos qui sub lege erant, redimeret.] Et David: Tempus faciendi, Domine, dissipauerunt legem tuam.] Cum iam homines, inquit, le vniuersis malis dederint, legemque tuam adeo frigerint, ut quasi dissipatam eam reliquerint, tempus aduenisse videtur, in quo assumento carnem, facias quod ipsi defrixerant. In hunc sensum Ambrosius pulchre ait: Tempus est faciendi, ut si ergaue sciente ægritudine aliquius incommodi, curtas ad medicum, ut ciuitatem veniat, ne postea subuenire non possit. Medicus tunc amplius desideratur, cum grauis incubuerit ægritudo languenti. Ergo cum videat in Spiritu sancto Prophe-

A ta præuanciations populi, luxuriam, delicias, dolos, fraudes, auaritiam, temulentiam, quæ pro nobis interueniat, currit ad Christum, quem solum tan-tis sciebat subuenire posse peccatis, vrget ut veniat, nec patitur fieri moras. Tempus faciendi, inquit, Domine, hoc est, ut pro nobis crucem ascendas, mortem subeas. Totus in periculum ultimum mundus urgetur, veni ut tollas peccata mundi, veniat vira mortentibus, veniat resurrectio iam septultis. Factum tuum subueniat, quoniam nec preceptra tua prodesse potuerunt. In lege præceptum est, in Euangeliō mysterium. Cæcus orans populus proprium non videbat auctorem. Claudius erat mundus, & titubante vestigio fidei, fluctuabat. Non erat qui malagma imponeret, neque oletum, neque alligaturum. Omne patrimonium tuum in medicis erogauerat mulier illa Euangelica, speciem habens congregationis humanae, quæ coibat ex gentibus, cui nec fluentem sanguinem, & inueterata passionis lethale profluvium poterant sæculi huius medici restringere. Princips populi posteritas interierat, & omnes occiderant huius hæredes. Videns hac Propheta dicit ad Christum: Tempus faciendi, Domine: Non iubendi, inquit, sed faciendi, quia non legatus, neque nuntius, sed Dominus saluator erat populum suum.] Hæc ille. Quod autem Dominus in primo opere ac præcipuo obseruauit, ut illud opportunè faceret, idem omnino in reliquis operibus, ad nostram salutem & eruditionem pertinentibus, custodiuit, ut scilicet occasionem operandi nequaquam perdiderit. Et fortè id significauit illis verbis dictis ad virginem: Quid mihi, & tibi est mulier: nondum venit hora mea.] Nondum, inquit, opportunitas adest ad patrandum miaculum, quia defectus vini omnibus patens expectandus est, ut in me latens diuina virtus apparet. Sed cum primum tempus opportunum aduenirerit, sine cunctatione adiutor adero, & ut omnes exhalarem, & porem, aquam in vinum conuertam. Sæc. scio, non erubescimus creatorem nostrum in magistrum perfectionis accipere. Ergo si cut ille semper occasions benefaciendi nobis natus est, ita & nos occasions illi seruendi, & nobis benefaciendi nanciscamur. Quia oportet magistri lucipere monita, & imitari exempla, si hanc cœlestem philosophiam, quam ipse docuit, optimus adire.

B Tempus huius vitæ nobis concessum, valde pretiosum est, quoniam occasionibus meritorum, & spirituali profectus augendi plenum est. Quod si stultum ducimus, gemmas aut aurum glebas perdere, quare stultum non erit, si tempus multo pretiosius & desiderabilius perdamus? Quid pretiosius tempore? inquit optimè Laurentius Iustiniianus? Quid, quælo, illo fructuosis? Quid carius? Quid excellentius? Quidam amabilius? Sed, proh dolor! pene ab omnibus nihil habetur. viilius, nihil tractatur utilius, nihil indignius possidetur: Nullum temporis momentum prætent, in quo merita non valeant cumulari æterna. Cetera, quæ habemus in mundo à nobis aliena sunt, tempus autem propriæ nostræ est, si tamen illo utimur ad salutem. Illud siquidem diuina nobis clementia conculit ad plangendum errata, ad pœnitentiam faciendam, ad promerendam indulgentiam, ad virtutes acquirendas, ad multiplicanda merita, ad vendicandam gratiam, ad inferni supplicia euadenda, & ad æternam gloriam consequendam.] Sic ille. Si ita se res habet, dum tempus habemus, operemur bonum ad omnes. Quisque vero no-

108.12.

7.

Psal.9.

10.

Habac.3.

2.

Galat.4.

4.

Psal.118.

126.

Ambr.  
ad Psal.  
118. fer.  
16. v. 6.

Ioan.1.4.

Iust.ii. de  
vira fol.  
c.10.

833

Galat. 6.  
10.

Ex his manifestum est, statutorum obseruatiā, regulæque custodiā, maximè ad virtutes obtaindentes adiuvare. Regulam namque cultuſtate, nihil aliud est, quam paupertatem, castitatem, & obedientiam sectari, humilitatem, patientiam, & mansuetudinem sequi, contemptum facili, charitatem fraternalis, amorem erga Deum, & virtutes reliquas exercere, peccata, & femina peccatorum, & imperfectionum, que regula prohibentur, relinquent. His autem virtutum actibus ipsi virtutum habitus generantur, & promouentur; nec aliud esse potest, regulam obseruare, quam virtutes vniuerſas ad augmentum & perfectionem adducere. Regula quidem est norma (si eius primam significationem in piciamus) qua lineas recte ducimus, & in destinatum punctum dirigimus. Inde vero ad præceptiones religiosas hoc nomen translatum est: quia ut actiones nostras velut lineas quasdam in Deum, finem nostrum, ducamus, his præceptionibus quasi regulis, ne exorbitent, attentè metimur. Hæc præcepta, inquit Hugo Victorinus, de regulis Augustini loquens, ideo regula appellatur, quia videbile est in eis nobis recte vniendi norma extinximur. Regula autem dicitur, eo quod recte regat, vel quod recte doceat. Et Bonaventura: Regula di-

citur,

Hugo ad  
reg. Ang.  
c.1.  
Bonavent.  
reg. D.  
Francis.

Beda ad  
Ioan. 6. in  
illust. Post  
hoc abgit  
Iesus.

citur, eo quod recte ducitur; rectum autem est, quod non exit ab extremis. Vnde si regula actiones religiosi dirigit, & rectas efficit, non dubium, quin eas in aliquius virtutis ratione constituar. Quod certe bene persens ac consideratur, maximè incitat debet, ut regulas diligentissime custodiamus. Nam ut quid, quæfuso, cognatos, amicos, diutinas, honores, voluptates, seculum, & secularia omnia, &, quod amplius est, propriam voluntatem & nos ipsos reliquimus? Nonne quia intelleximus inter omnia ista, nos non posse reitudinem actionum seruare, & malitiam illis carere, quan à virtute deficeret? Quæ ergo dementia erit, sanctissimas præceptiones frangere, & prudentissima sanctissimorum Patrum iusta præterire, quibus abieciis reitudinem, quam omnium rerum dimissione quereremus, abieciimus, & animæ pericula, ac viatorum monstra, que fugiebamus, retinemus? Qui aliquam artem addiscit, si præceptiones artificum illius artis non seruet, nequaquam peritus eius euadit: & qui vicem spiritualem, & virtutes, ex quibus coalescit, inquirit, à præceptionibus vita spiritualis exorbitans, & virtutum regulas deferens, nunquam eas obtinebit. Sunt regulæ veluti catenæ, compedes, & vincula, quæ nos, cum curiebamus ad malum, tenuerunt, & ne in præcepseremus, in spirituali statu ligarent. Iob. 13.27

Ezech. 37.6. De quibus accipi potest illud Iob: Posuisti in neru pedem meum, & obseruasti omnes semitas meas, & vestigia pedum meorum considerasti: ] Christus enim nos feruus siuos, & se per peccata fugientes, non ex necessitate, sed ex amore quæfuit, & in hunc sanctissimum statum quasi in carcere coniecit (ò felicissimum carcerem, & palatiis regum amabiliorum!) & in eo, ne iterum ad vitia & iniquitates reueteremur, regulis, quasi compedibus & vinculis, religavit. Ibi vias, id est, actiones nostras obseruat; & vestigia pedum, id est, affectuum motus & desideria, considerat, ut si velimus à carcere exire, & ab his amoris vinculis liberari, per noua gratia auxilia nos teneat. Ab his ergo compedibus expediti, non est aliud quam in peccata & defectus labi; in eis vero permanere, est vitam studiosam virtutibusque referat possidere. Licet enim regula hac ratione neruus sit, id est, præceptum, quod, ut Thomas & Lya interpretantur, quasi catena nos ligat, ne in malum curramus: tamen in alia significatione, quæ huic loco non congruit, neruus est, quia virtutum actiones præcipit, quæ nos ad honestum sectandum corroborant. Dominus namque per Ezechielem ossibus atidis promittit, dicens: Et dabo super vos neruos, & succrescere faciam super vos carnes, & super extendam in vobis cutem, & dabo vobis spiritum, & viuetis. ] Nerui hoc loco virtutes signant, ut ex Gregorio colliguntur, & ideo meritò pro regulis, virtutes præcipientibus, accipiuntur, quibus nobis superne dati, & mollis caro, benignitas & modestia cutis, & spiritualis vita spiritus nobis videtur esse concessus. Regula ergo est neruus; & neruus, vinculum, quod nos à malo teneret; & sensus, ac motus spiritualis instrumentum, quod ad bonum operandum impellit. Quare nunquam à bonitate ac virtute deficit, qui regulam fortiter diligenterque custodit.

Sunt regulæ, quæ nos vndique cingunt, & muniant, ne gratiam virtutisque perdamus. Liceat

A enim nobis, Isaia locum de Ecclesia pronuntiatum, ad selectiorem Ecclesiæ partem, id est, ad statum religiosum, applicare. Quid ille ait?  
Vrbs fortitudinis nostra Sion Salvator, ponetur in ea murus & antemurale. ] Merito sane in hac vrbe Sion statum religiosum intelligo. Nam siue Sion speculam, sive acerum significet, optimè eius notio in religionem quadrat, quæ & locus editus est, ex quo videmus mala, & aceruus, in quo multa possidemus bona. Est specula, quia ex ea, tanquam ex altissima professione, seculi mala conspicimus, virab eis caueamus: & est aceruus bonarum actionum, donorum celestium, & sanctorum exemplorum, quibus ad similia permouemur. Est vrbs fortitudinis nostra, quæ à carnis fœditate nos protegit, & à demonis illusionibus, & seculi ambitione defendit. Hec vrbs Salvator est, quia est imitatio perfecta vita Salvatoris, quem profecto induimus, cum hunc statum moribus profitemur. Salvator est, quia inde status noster robur & fortitudinem habet, & ex eius placo totus penderet. Hanc vibem murus cingit, & murum ipsum antemurale custodit. Murus, est lex omnibus data fidelibus, quæ etiam nos obligat, & quodammodo strictius obligat, quia æquum est, ut in sublimiori statu positi, & ab occasionibus frangendi eam magis elongati, ipsam perfectius implanius. At antemurale sunt regulæ, quas qui diligenter implet, tueri murum præceptorum, & vitam seu imitationem in se Salvatoris obseruat. Qui enim opera perfectionis à regulis mandata præstat, quæ longissime abicit à mandatorum transgressione. Qui sua pro Christo relinquit, aliena non cupiet, qui minimam cogitationem minus honestam abigit, nefarium desiderium non admittit: qui propriam voluntatem in magnis & in minimis abnegat, nunquam pro impinguanda propria voluntate, à mandatorum obseruatione discedet. Sunt ergo regulæ bene custoditæ, quæ nos in omni virtute continent, & à vitis alienos faciunt; quas si officanter prætereamus, & hæc minora contemnamus, paulatim forsitan ad mandatorum transgressionem procedemus. Id namque sonant verba illa Ieremias: Luxitque antemurale, & mutus pariter dissipatus est. ] Et sane si antemurale non luxisset, & sancta status nostri reguli illigata permanisset, nunquam præceptorum murus ruina & excidio appropinquasset. Quin & hæc regulatum præceptionumque custodia, alia ratione ad virtutes obtinendas iuvat, quod facile reddit viam diuinorum mandatorum. Nonne qui assuevit quotidie mille passuum iter confidere, facilimè viam quingentorum passuum percurret? Nonne qui ad multos annos pane & aqua se refecit, sine ullo labore pisibus & moderato vino appetitui satisfaciet? At qui semper sedet, post modicum in itinere deficit: & qui semper pinguis & delicatis vescitur, minimè pisibus & pane cibario sustentabitur. Ita sane, qui à momentis singulis opera perfectionis exigit, qualia sine villa dubitatione præscribunt regulæ, facile sibi persuadebit obseruationem mandatorum. Fietque sibi facilis virtus præcepta; quia assuevus est, virtutis gradum sub consilio relictum obseruare. E contrà vero qui in seculo adeo est delicatus, aut potius imperfetus, ut sola maiora mandata custodiat, & cetero minimè ad alia altiora se adigat, is ait quando à maioribus excedit, & in legis obser-

152.26.1.

Thren. 2.  
8.

De Re  
Toni

Matt. 19.  
23.  
D. Thom.  
quodlib.  
4. art. 23.

uatione deficiet. In quo sensu Beatus Thomas Aquinas illam Salvatoris sententiam exposuit : Amen dico vobis , quia diues difficultè intrabit in regnum celorum . ] Quia difficile est , inquit , quid homo praecepta seruet , quibus intratur in regnum , nisi sequens consilia diuitias relinquit . Sunt ergo regulæ quasi rotæ , quibus expeditissimè viam mandatorum peragimus : sunt quasi penna , quibus ad fastigium perfectionis euolamus : sunt quasi reconditoria , in quibus virtutum thesauros possidemus .

Alia etiam ratione regulæ virtutum angimento proficiunt , quia nos à multiplici tentatione defendunt . Sunt illæ quasi clypei , quia eas telis aduersariorum obiciunt , ne percussi aliquo crimen pereamus . Non incongruè sanè religiose vitæ accommodare possumus illud Cantorum : Sicut turris David , collum tuum , quæ adificata est cum propugnaculo : mille clypependent ex ea , omnis armatura fortium . ] His sponsus Ecclesiam alloquitur . Ecclesia autem collum , sit religiosus status ; quoniam sicut collum solum caput supra se habet , sic hic status solum statum capitum , id est , Episcoporum , superiore agnoscat . Hic status comparatur turri , illinimorum magnæ & eminenti , quam Rex David in monte Sion , ad hostium impetum retundendum , extruxerat : nam & in sublimitate perfectionis fundatus est , & ad prosterrendos aduersarios mentis intentus . Huius propugnacula , sunt viri perfecti , qui dum ceteris eminenti , suum hunc statum exornant , & dum illum à primo feruore labi non sinunt , ip sumi vndiqueque communiant . Clypei autem ex turri pendentes sunt regulæ , quia ipsæ istib[us] tentationum obiecta , & per exactam observationem huius saeculi pompis oppositæ , illæsos salubrè custodiunt . Qui itaque his clypeis ad suam defensionem virut , & eorum impletione se protegit , peccata vitabit , tentationes vincet , & in omni virtute proficiet . At notanda est vis diuini sermonis . Mille clypei , inquit , pendent ex ea , nempe ex religione ipsa : quæ cum nihil aliud sit , quam religiorum congregatio , liquet , quoniam ex ipsis regularum clyper dependent . Ex nobis ergo pender , quid regula vigeat , quid religiosa disciplina non pereat , quid munimenta status nostri non cadant . Quare si regulas nostras fregerimus , non solum multiplicis virtutis pauperes erimus , verum & tanti detrimenti à nobis illati ratione reddemus . Si rex , ò serue Dei , arcem ad tutamen regni adificaret , & vario genere armorum instrueret , seruus autem eius eandem arcem solo æquaret , armique confingeret , esset morte dignissimus . Vide tu quali pœna plecteris , si clypeos huius turris , à Deo extinxeris , id est , regulas , destruas , & turrim ipsam , id est , religiosam professionem , quæ sine exacta observatione stare non potest , in perditionem adducas . Deus miserationes suas in nos effundens , nos ad vitam religiosam vocavit : quod ex conuertatione à peccatis aliena , & in sanctis operibus occupata , quorum Deus auctor est , manifestè perspicitur . In hoc autem statu regularum clypeos dedit nobis , quibus spiritualem vitam tueremur , & pro virtutis decidiendis , & virtutibus acquiri endis pugnaremus . Non licet ergo nobis hac arma spiritualia postmittere , sine quibus nunquam victoriā comparabimus . Auxilium Domini nobis ad vindicandum & proficiendum adest , verum est , sed si armis ab eo assignatis decretisque pugnemus . Si vero ea arma ( quæ non sunt alia , quam regu-

lae ) ociosa habuerimus , auxilium efficax , & specialissimum aberit , quo absente victoria & profectus abscedet .

Ista regularum custodia à nobis exigitur , vt omnibus virtus in mentibus nostris angelcat , ad quam rem astreniam , non alium testem , quam cuiusque conscientiam adduco . Si enim singulos religiosos interrogemus , quanam ratione putant se posse ad perfectionem ascendere , sine via hæsitatione facebuntur , viam perfectionis non aliam sibi esse , quam regule præceptionum custodiā . Non igitur vult in omni sanctitate promoueri , qui non vult in regulæ observatione proficere . In hac vñusquisque nullo docente suam vitam intuetur , & tanquam in speculo formam animæ sua , aut pulchram , aut turpem contemplatur . Iureque optimo Augustinus suam regulam , ob id speculum appellauit ( quod alii regulis sanctarum religionum congruit ) quia huic ministerio deservit . Et bene , inquit Hugo , hunc libellum dicit speculum , quia in eo , tanquam in speculo , inspicere possumus , quales sumus , siue pulchri , siue fodi , siue iusti , siue iniusti , utrum quisque nostrum regulariter vivat , utrum proficiat , an deficiat : utrum Deo placeat , an dispiceat . ] Quid est speculum ? Nonne utrum aut crystallo , quod quidem clarum atque diaphanum , ex una parte stanno , aut argento factum opacum , faciem hominis è regione positi representat ? Talis omnino est regularis . Clara est , quia sine ambagiis , aut obscuritatibus exponit quid sit faciendum , quidve vitandum . Diaphana est , quia per eam , quasi per vitrum , qualem alij habeant vitæ puritatem videmus . Et appositione alieuius opaca redditur , quia dum reflexione quadam ex una parte eam obtegimus , & ad nos conuertimus , quales sumus , aperte perspicimus . Ibi cognoscimus maculam proprietatis , defectum purissimæ castitatis , deformitatem inobedientiæ , & reliqua vitia , quibus facies animæ turpis appetit . Contempletur vultum interioris hominis nostri in hoc speculo , & maculas deprehensas , flebitus , & proposito emendationis , atque oppositus aëtibus abstergamus , siue in omni virtute mirabiliter proficiemus .

Custodiæ Regulæ pacem esse promissam .

C A P V T VII.



R E A M V S hoc instrumentum ad comparandas virtutes præcipuum , & quæ eius vñus persuadeant , quia etiam ratione ad actionem fit applicandum , breuiter explicemus . Quicumque hanc regulam sequenti fuerint , inquit Paulus , pax super illos & misericordia : ] quibus verbis custodientibus regulam , duo , nimis pacem & misericordiam promittit . Illi quidem triplicem pacem , quam alio loco commemorauimus , cum Deo , cum proximiis , & secum ipsis assequuntur . Pacem cum Deo habent : illam , cuius meminit Paulus , dicens : Iustificati ergo ex fide , pacem habeamus ad Deum , per Dominum nostrum Iesum Christum . Iustitia origo non est proprium meritum , non opus liberti arbitrij , sed fides , quam à Deo accipimus , & reuelatis propter eius autoritatem assentimur : iustitia autem forma est gratia Dei , difusa in cordibus nostris , qua Deo similes seu Deiformes efficiimur : per hanc autem pacem cum Deo

conse

Galat. 16.  
16.

Rom. 5.1.

Psal. 36.  
39.

*Aug. lib.*  
*de Medi-*  
*tatio. c.*

sequimur ex meritis Domini nostri Iesu Christi, aquia eo ipso, quod iusti sumus, divinæ voluntati non reluemus. Sed huius pacis per gratiam religiosi compotes facti, quam per veram detestationem peccatorum, & veram conuersationem, & mutationem vita accepisse credimus, ipsam pacem regularum obseruatione custodiunt. Quasi in minoribus transgrediantur, ita ut peccata levia faciant, pacem minnuunt; si vero in maioribus prætereant, ita ut crimina incurvant, omnino hanc pacem amittunt. Pax ad Deum in quoniam posita est. Nonne in hoc, quod dei tanquam supremo Domino subdatur, & eius præcepta monitaria seruamus? At nihil aliud est, regulas nostra professionis obseruare, quam Deo subiici, & ipsius præcepta ac monita implere. Duo enim in religioso statu præceptionum genera contemplor: alterum, quod præcepta Dei inuoluunt, alterum, quod documenta perfectæ obseruationi legis Dei serventia comprehendit. Ad primum genus pertinet illa, quæ nulla regula religionis non clamat: Pauperem, quam Deo vovisti, seruabis, castum & mundum te custodis, Prælatis aliquid iubentibus obedies, & alia similia. Ad secundum genus pertinet illa: Silentium custodies, domo, sine maiori permisso, non exhibis; cellam alterius fratris sine eiusdem superioris permisso non ingredieris. Qui illas primas præceptiones implet, implet præcepta Dei: qui has secundas implet, implet monita Dei salutaria, quibus nos ad perfectiorem mandatorum obseruationem præparat, & ad omnem perfectionem obtainendam disponit. Ergo qui regula obseruator est, præceptorum ac monitorum Dei efficitur custos, nec potest cum eo bellum gerere, cuius decreuit voluntati seruire. Custodi innocentiam, inquit sanctus David, & vide æquitatem: quoniam sunt reliquæ homini pacifico. ] Habe, inquam, innocentiam in corde, & æquitatem in opere: illam Deo in tuis visceribus serua, & hanc hominibus ad Dei gloriam ostende: & sic eris unus ex pacificis, quibus reliquæ, id est, æterna præmia, quæ bonis operibus promittuntur, seruata sunt. Augustinus quoque ait: Qui veram pacem desiderat, prius cum Deo habere confuscat. Sed dicit: Et quis est, qui cum Deo pacem habere non velit? Ille qui, qui non sicut vivit, quomodo Deus præcipit esse vivendum. ] Ex his manifestum est, Regularum transgressores, & sui status eversores, pacem cum Deo non habere, sed cum eo bellum gerere, cuius nituntur voluntatis contraire. Voluntas enim Dei, statum religiosum fundavit, & eum quotidie (quod ad se attinet) notis incrementis stabilire non cessat. Tepidus autem religiosus vigorem disciplinæ non seruans, cunctum statum à Deo fundatum labefactat, & in seipso per tepidam vitam, in aliis vero per prauum exemplum cuerit. Hoc autem interstitium bellum esse inter hominem & Deum, nemo non videt, quo Dominus unum, nempe sanctitatis incrementum, promouere nititur, & homo alterum, scilicet sanctitatis excidium, inferre conatur. Amator vero disciplinæ habet cum Deo pacem, id est, voluntatem Deo subiectam, & diuina voluntati concordem, quia statum ab illo fundatum & stabilitum non defuit, sed quantum potest, integrum & inuiolatum tenet.

Quilibet res tunc pacem habet, cum suo fini, propter quem est creata, coniungitur; unde & ipse motus, quo in finem tendit, quia est quasi assequitio pacis, vel iter ad pacem, eam à perturbatione liberat, & placidam facit atque quietam. Est itaque iste mortuus ad finem, quasi inchoata pax, & dum ad finem peruenit, & rem in suo fine locat, in per-

A fecta pace constituit. Paupertas spiritus, mansuetudo, & iustus, & cætera huiusmodi beatitudines dicta sunt, quoniam sunt insignes actus, quibus mens assequitur beatitudinem; & ipsam ex ea parte, qua in beatitudinem ferunt, suo modo beant, atque tranquillant. Sic omnino ea, quæ hominem in suum finem perducunt, pacem & quietem attribuunt. Finis autem noster Deus est, à quo tanquam à principio exiuvimus, & in quem sanctis operibus velut motibus tendimus, & in quo tanquam in loco proprio quiescimus. Non dubium igitur, quin in ipso sit nostra pax & quietis. Quod contemplans Augustinus ait:

B Asumat, Domine, assumat rogo spiritus meus penas ut aquila, & voliter, & non deficiat, vocet, & perueniat usque ad decorum domus tuæ, & locum habitationis gloria tua: ut ibi super mensam refectionis ciuium supernotrum pascatur de occultis tuis in loco pacis tuae, iuxta fluente plenissima requiescat in te Deus meus cor meum, cor, mare magnum tumens fluctibus. Tu, qui imperasti ventis & mari, & facta est tranquillitas magna, veni & gradere super fluctus cordis mei, ut tranquilla & serena fiant omnia mea, quatenus unum bonum Dominum meum amplectar, & dulce lumen oculorum meorum contemplante sine tumultuum cogitationum cœca caligine. Configuat, Domine, mens mea sub umbra alatum tuarum ab astibus cognitionum huius sæculi, ut in tui refrigerij temperamento absconsa, letabunda canter, & dicat: In pace in idipsum dormiam, & requiescam. ] His verbis dulcissimis sanctus Doctor ostendit, ubi sit quietis nostra, quia in Deo est, & statim à pace, & requie discedimus, cum ab eo aliquantulum elongamur. Verbum Patris, carne velatum, quid de seipso dicit? Manifestauit, inquit, nomen tuum hominibus, quos dedisti mihi de mundo. ] De ipso autem ait Zacharias: Loquetur pacem gentibus: quam nobis loquutus est, cum patrem nobis annuntiauit: ut videamus Deum pacem esse ac requiem nostram, in quo mens tanquam in molissimo lecto quiescit. Et Isaías ait: Super omnem gloriam protegio. ] Id est super omnes viros iustitiam & pietatem colentes, qui properea sunt gloria dignissimi, erit Deus eos protegens, & veluti pax vera, ipsos ab omni perturbatione defendet. Regularum autem custodia iter in Deum est, quis namque ambigat hominem Deo appropinquare, & ad Deum pergere, cum sanctissimorum virorum statuta ab ipso Deo data & inspirata custodit? Hac igitur custodia pacem cum Deo inimus, quia ea ad Deum pacem nostram inimus, & unum cum eo velle, unum nolle, ac individuali voluntate concordiam habemus. Et vero, qui est in regulas status sui præceptionesque fidelis, multis verbis ad hoc intelligendum non egit. Sentit enim in se mentem Deo subditam, & diuinatum iussionum cognoscendarum & implendarum audiam, cui discordia cum Deo omnino repugnat. Quis resistit ei, ait Iob, & pacem habuit? ] Solus igitur ille, qui reluctatur diuinæ voluntati, in pace non est; qui vero Deo in omnibus acquiescit, Deum sibi pacificum experitur, & bellum, quandiu ipsi subditus manet, cum eo habere non potest.

C Psal. 4.9.

D E

E

Regularum & discipline custos, pacem cum Prælatis & cum aliis fratribus habet. Cum Prælatis quidem, quoniam illi dum iulta præcipiunt, & subiectionem exigunt, nos ad pacem cum illis, & cum

*Aug. lib.*  
*de Medi-*  
*tatio. c.*

37.

*Ioan. 17.*  
6.  
*Zachar.*  
9.10.

*Ips. 4.6.*

*Iob. 9.4.*

I/2.60.17

omnibus habendam impellunt. Ponam, ait Dominus per Isiam, visitationem tuam pacem, & præpositos tuos nuntiam. ] Faciam, inquam, ut dum præpositi tui iusta iubent, ipsi visitatores tui in te pacem inquirant. Ad hanc autem pacem habendam iuamur, cum regularum, quas illi in primis charas habent, & obseruari à nobis volunt, & iubent, diligentes obseruatorum existimus. Tunc illi nos ut vicerat sua diligent, tunc nostram conuersationem laudant, & eo ipso nos, non sibi infensos, sed amicos habere commonstrant. Priuipes, inquit Paulus ut hoc doceat, non sunt timori boni operis, sed mali. Vis autem non timere potestatem? Bonum fac, & habebis laudem exilla. ] Non sunt illi timori his, qui bonum opus faciunt, sed his, qui malum operantur. Ideoque qui bonum faciunt, potestates, aut potestatem, & Prælationem habentes non timent, sed amant: & vicissim ab illis redamantur, cuius amoris reponsi signum est laus; nam quos Prælati non amarent, nequaquam laude, sed vituperatione afficerent. In hoc autem pacem esse, quod subditi secundum præscriptum regulæ conuerterunt, Dionysius Richelius non siliuit. Ille sic ait: Porro vt tunc ciuitas pacem haberet, cum secundum gubernatoris voluntatem omnia in ea aguntur: sic cum in cœnobio secundum præsidentis directionem rem ac rationale fratres disponent, & viuent, pacem habet cœnobium: & vñ illi, qui eam impletit, auferit, aut odit. ] Vñ illi est, quia dum à Prælato dissentit, & illi recta mandanti resistit, sibi luctum & miseriari acquirebit, cum certum sit, quod in hoc bello, aut in hac collisione duorum, quod fragilius est, peribit, & quod fortius est, illatum perdurabit. Fortissima vero est sancta Prælatorum severitas, disciplina obseruantiam exigens, & fragillissima imperfectionum fatuas, a disciplina obseruantia se subtrahens. Vñ indisciplinata est; quia dum Prælatum multiplici sua imperfectione contristat, propriam mentem cœlestibus gaudiis evanescat. Vñ illi est, quia dum domum Dei, id est, familiam religiosam, turbat, cuncta sua bona spiritualia distractur. Auditque à præside non ab odio incitato, sed ex zelo commoto: Quia turbasti nos, extiubet te Dominus in die hac. ] Lapidibusque imperfectionum innumerabilium obturatur, dignusque fit, qui contemptri ab omnibus habeatur. De eo quidem dictum videtur illud Ecclesiastici: In lapide luteo lapidatus est piger, & omnes loquuntur super aspernationem illius. De stercore boum lapidatus est piger: & omnis, qui tetigerit eum, excutiet manus. ] Cui enim melius nomen piger convenit, quam illi, qui ignavia oppressum, sui status præceptiones non ferunt? Hic lutofos lapidatus & stercoribus lapidatur, quia suis quotidianis imperfectionibus & culpis imperitur. Socij talia videntes, merito illum despiciunt, & si quis eum imitatione tetigerit, debet manus excutere, si vult in virtute perfistere, & à forde, quam contraxit, emundari. Vel iste lapide luteo, & stercore lapidatur, ut Bernardus interpretatus est, quando à Prælato dura increpatione corrigitur, si eā non à sua ignavia difcedat, & ad disciplina obseruantiam redeat. Hæc sunt huius sancti Doctoris verba: Itaque & arguere, & increpare interdum necesse est: nec ignoro, si nūm est verbum increpatorum, verbum improprietatis, & quod si non excusit necessitas, ipsum quoque minus deceat profertenem. Sed quid agimus, quod hoc simo & si aliquos impinguari, sed alios plane & lapidari & indurari videmus? Hinc namque scriptum est: De stercore boum lapidabi-

Rom. 13.

4.

Di. n. lib.  
2. de vi-  
ta, & fi-  
ne solita-  
ri. vlt.

Iosue. 7.

2.

Ecccl. 21.

12.

Bern. ser.  
2. D. Pe-  
tri &  
Pauli.

A tur piger. Annon impinguatur, qui increpatus benignè accipit, mansueta responderet, liberenter emendare conatur? Hæc plane salubris & secunda impinguatio est, vt corripiat me iustus in misericordia, & increpet: oleum autem peccatoris non impinguat caput meum. Ex ea siquidem pinguedine, quam generat oleum peccatoris, abundantius pululant spinæ & tribuli, & omnis radix amaritudinis germinat copiosius. Itaque qui iustorum increpationem, misericordiam nominat: fatis indicat quemadmodum suscipienda sit, quam benigno animo, quam deuota mente, quantaque ei gratia sit habenda. Sic enim accipientibus nobis erit impinguatio salubris, non fertilis vitorum, quemadmodum oleum peccatoris, sed fructus illius, quem secundum Apóstolum habemus, in sanctificationem. Quid autem faciamus tibi, ô piger, qui ad hanc misericordiam irritaris magis, & exasperatis? Nonne bonum simum sparsi in agro tuo? Vnde ergo lapides haberet? Sed tu inimice homo: quoniam qui diligit iniquitatem, odit animam suam, tu, inquam, inimice homo, hoc fecisti, qui desidiam tuam non excutere, sed excusare pergens, simum tibi perterritis in lapides, & vnde impinguari debueras, lapidaris.] Haec tenus ille. Cum huiusmodi ergo hominibus ita procacibus, ut voluntati præpositorum in multis contradicant, & ita proteruis, ut ad correptionem obdurecant, ipsi præpositi pacem habere non possunt: soli ergo illi pacem cum Prælatis habent, qui se regularum ac disciplinæ obseruatorum exhibent.

C At pacis cum fratribus Regularum custodia se-minarium est, cum omnia pacem turbat & discordiam generantia præscindat. Quid pacem turbat? Rerum temporalium possessio? Regula possessionem hanc prohibet, & solum vñm moderatum concedit. Turbat impurus amor? Regula hunc penitus nescit. Turbat propria voluntas? Regula propriam voluntatem alterius imperio subiicit. Turbat contentio opinionumque diversitas? Regula idem sapere, idem dicere, & ab omni contentione abstinere iubet. Nihil est in sæculo paci & quieti contrarium, quod regula ab statu nostro non relegat. Atque adeo qui illam diligenter seruauerit, cum omnibus pacem habebit. Qui confidunt in illo, ait sapientis, intelligent veritatem: & fideles in dilectione acquiscent illi, quoniam donum & pax est ele-  
ctis Dei. ] Illi in primis Domino fidere videntur, qui propter illum omnia relinquunt, & cogitatum suum in eis misericordia iacent, scientes, quoniam ipse in se sperantes enutrit. His rebus visibilibus, & cœvis huius saeculi exoneratis datur, ut veritatem intelligent, & cœlestia contemplentur. Quod si iam ad quietam vitam vocati, & fideles in dilectione inueniti iussi & moniti Domini, que regula præscribit, acquiecerint, donum & pacem accipient. Donum quidem non vñm, sed multiplex vñuersarum virtutum, quarum actiones regula obseruatione præstant. Pacem vero, qua sine querela cum ceteris aliis fratribus in omnibus Domini iustificationibus & mandatis incedant. Sunt regulæ, meo quidem iudicio, sicut nervi & chordæ, quibus membra corporis conneœuntur. Nam quemadmodum cum nervi sani sunt, integræ, & bene dispositi, rotum corpus est vñm, & membrorum vñione ac pace perficitur; si vero lœdantur, aut abscondantur, corpus ipsum ingentem dolorem percipit, & illam pacem amittit: Ita cum regulas illæs seruamus, vñm corpus sumus in Christo sanum, & optimè dispositum, & tanquam membra bene compacta pace fitum.

Sep. 3.9.

mur: at si eas frangimus, statim contrariis motibus dissidemus. Iam appetit quām appositi superius regule vocatae sunt vincula: nec enim solum (ut iam diximus) à malis nos retrahunt, verū & ut membra bene colligata, ut vnum quāramus, in idem tendamus, & eisdem mediis utamur, efficiunt. Quibus aptissimè accommodari potest quod Richardus Victorinus de mandatis scriptis, siquidem regulæ quedam specialem mandata sunt. Congrua satis, inquit, similitudo vinculorum & mandatorum. Vinculis siquidem coarctamus, & mandatis utique diuinis à nostris voluntatibus coercemur. Vincula trahimur; vinculis retinemur; vinculis astringimur. Vincula attrahentia, præceptiones; vincula retinentia, prohibitions: vincula constringentia, admonitiones. Præceptio est eorum, quæ fieri oportet. Prohibitione eorum, quæ fieri non licet. Admonitio eorum est, quæ siquid expedit fieri, cùm tamen sine culpa possint præteriri. Præceptionibus sanè illuc sapere vrgemur, quò boni operis gressum sine difficultate non dirigimus. Prohibitionibus autem inde sapere retrahimur, quò per desiderium properamus. Admonitionibus vero cordium nostrorum hiantia, seu etiam fluxa arctiū alligamus, cùm voluntates nostras à litorum etiam vnu sapere restringimus. Vincula itaque attrahentia sunt: Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & proximum tuum sicut teipsum. Honora patrem tuum, & matrem tuam. Vincula retinentia sunt: Non occides, non mechaaberis, non furtum facies. Vincula constringentia sunt: Si vis perfectus esse, vade, vende omnia, quæ habes, & da pauperibus. Et illud, quod à Domino de virginitate proponitur, cùm dicatur: Qui potest capere, capiat. Vnde & Apostolus: De virginibus autem præceptum Domini non habeo, sed consilium do. Sic ille. Custodiamus igitur haec vincula, ex quibus mutua inter nos pax tota dependet. Audiamusque Paulum dicentem: Oblisco itaque vos ego vincitus in Domino, ut dignè ambuletis vocazione, qua vocati estis, cum omni humilitate, & mansuetudine, cum patientia supportantes iniucem cum charitate, solliciti seruare vnitatem spiritus in vinculo pacis. Vnum corpus, & vnu spiritus, sicut vocati estis in vna spe vocationis vestra. Non ex nobis, sed ex Deo hoc eximium donum accepimus, ut vnum mysticum corpus essemus. Cuius caput est Christus, vt vnum spiritum, & vnam voluntatem querendi perfectiōnem, haberemus, ut eisdem mediis, celestem mercedem obtinere speraremus. Simus ergo solliciti, hanc vnitatem à Deo iam acceptam seruare regularum custodia, quæ est vinculum pacis. Nam quandiu ipsa in nobis integra & illæ permanescit, haec mutua pax certè amabilis, nunquam à nobis discedet. Si autem hoc pacis vinculum ruperimus, dono huic vnitatis à Domino accepto iniuriā inferemus cum magno nostro detrimento.

Hæc demum regularum obseruatori nosmetipsoſ in pace constituit: & nullus est in amore disciplina religioſe ſolicitus, qui non in ſinu cordis ſui, domum tranquillitatē excipiat. Conſcientia enim illum inquietat, qui ad illicita diffliuit, qui ſibi iniuncta praterit, quique ſuo muneri non ſatisfaci: quem verò reperit obſeruantem, & ab eo quod debet non defiſcentem, non reprehendit, non mordet, ſed in tranquillissima pace manete permittit. Regule obſeruatorib⁹ promiſa est pax illis verbis: Si in præceptis meis ambulaueritis, & mandata mea custodieritis, & feceritis ea; abſque pauore habitabi-

Richar.  
trat. de  
ſtat. inter  
bō. tract.  
3. c. 2.

Ephes. 4.  
1. 2. 3. 4.

Lemn. 2.6.  
3. 6.

Iacobi Aluarez operum tom. 2.

A tis in terra veftra, dabo pacem in finibus veftris, dormieris, & non erit, qui exterreras. ] An regulæ mandata ſunt Dei, que nobis per maiores noſtros, fan-  
tissimi huius ſtatus fundatores, iniuinxerit? Ita ſanè: quæ qui ſpernit, iſpum etiam Dominum, à quo pre-  
poſiti dati ſunt, aſternati conuincitur. Si vita noſtra in hiſ ſemitis ambulandi tranſierit, ſi mens noſtra hæc monita cuſtodiuerit, pauor & timor procul ſient à nobis, quoniam malum pœna non timet, qui in malum culpa non incurrit. Pacis etiam obtentio-  
ne lætabimur, quia dum Deo per voluntatem eius implectionem ſubiuicimur, paſſiones nos turbantes compescimus, & quaſi vinculis coarctamus. Quod pulchra ſimilitudine Anſelmuſ expoſuit. Humanæ, inquit, natura tam facili per virtutia, quām per planum profunditut aqua. Sic ergo agere debet, qui eam re-  
ſtringere appetit, velut qui aquam currentem retine-  
re contendit. Sicut enim ille, qui aquam concludit in flagnum, atque coeret: ſic ite naturam huma-  
nam vagam, infra regulam aliquam cohibere debet. Utque ille procurat, ne qua parte dirupatur fla-  
gnum, qua effluat aqua; ita & in ſum prouidere con-  
decet, ne ſuam in quoquā violet regulam, quo ad peccatum proruit. Sie enim reſtrigi carnis appetitus poſſunt, quod eft quandam facere pacem inter ipſam carnem & ſpiritu, quam quidem pacem nemo melius habere poterit, quām qui diſtriſtioni ordinis monaſtici ſemetiſum ſubiugare ſtuduerit. ] Sic ille. Adepta autem pace dormiemus, & non erit qui exterreras. Soporabitur, inquam, mens ſuauifimo, ac quietiſſimo orationis ſomno, in quo multa accipiet dona cæleſtia, quæ mulceant illam & nihil, quod inanem timorem inicit. Immitis Dominus ſoporem in Adam, & ex latere eius coniugem illi chariſſimam, nempe Euam edidit; ſic ex iuſto, contemplationis ſomnum dormiente, ſolet Deus, cùm minus homo putabat, perfectionem extruere, illiq̄ue tam ſpecio ſam ſponſam in vxorem donare. Ergo qui hanc re-  
gulam ſequiſt fuent, pax ſuper illos. Omnem pro-  
fecto pacem conſecuntur, quia & Deum ſibi pacatum ſentunt, & homines pacificos habent, & à ſe-  
metipſi per affectionem immortificationem non diſident. Nec credendum eft, Angelos infenſos eſſe il-  
lis, quos ſuis moniti obſequentes, & diuinæ volun-  
tati ſubiectos aſpiciunt. Immò diligunt, & ſouent il-  
los, quorum vita per disciplinæ custodiā à mundo ſe elongat, & cæleſtibus appropinquat. Si autem tale bonum eft pax, quemadmodum ait Auguſtinus, ut in rebus creati nil gratiosius ſoleat audiri, nihil deletabilius concupisci, & nihil utilius poſſideri, eam per regulæ obſeruantiam & disciplinæ cuſtodiā quæramus, ut tantum bonum, quod in a-  
ternum accepturi ſumus, in praefenti obtinere in-  
choemus.

Anſel. li.  
de ſimi-  
lit. c. 122.

Gen. 2.  
2.2.

Aug. lib.  
de cœſuit.

### Cuſtodiæ Regulæ misericordiam eſſe

prærogatam.

### C A P V T VIII.

**Q** UICVM QY E hanc regulā ſequiſt fue-  
rint, ait magiſter veritatis, Paulus, pax ſu-  
per illos, & misericordia. Vidimus quām  
eximia pax regularum obſeruatores cumulcentur:  
inquiramus nunc quām multiplicibus Domini miſe-  
ricordiis repleantur. Has autem ad compendium  
redegit Salomon in Proverbiis, dum ita ſcribit: Fi-  
li mi, ne effluant haec ab oculis tuis: Cuſtodi legem  
Prou. 3.  
21. 22.  
23. 24.

O O 3 atque

atque consilium: & erit vita animæ tua, & gratia fauicibus tuis. Tunc ambulabis fiducialiter in via tua, & pes tuus non impingeret. Si dormieris, non timebis; quiesces, & suavis erit somnus tuus.] Filiū vocat eum, quem ad disciplinā custodiā hortatur, ut in ipso nomine, honoris ac dignitatis plenissimo, fœlicem sortem intelligat, quam accepturus est, si sibi iniuncta seruauerit. Quid honorabilius, quid diutius eo qui filius est Dei? Cum eo ipso quandam Deitatis participationem accipiat, & regni celorum hæres fiat, dicente Paulō: Siautem filij & heredes; heredes quidem Dei, cohæredes autem Christi.] Sed hanc dignitatem, hæque opes amplissimas ille consequitur, qui leges sibi impositas ab oculis effluere, & à manibus labi non sinit. Nec solum nomen hoc, sed alia quoque nomina honorifica illi congruant, cùm tamen nullum illorum transgressoribus disciplinā conueniat. Regulāc disciplinā custos, meritō vocatur seruus Dei, quia serui est, imperata facere, & nihil nec minimum eorum, quae sibi præscripta sunt, præterire. Hic verò nihil facientem omittit, nihil omittendum facit, & omnia ut mandata sunt, diligenter obseruat. Cuius illud erit ipsius ore Domini prolatum elogium: Inueni David, filium Iesse, vitum secundum cor meum, qui faciet omnes voluntates meas.] Planē vir, qui viriliter pro fæcilitate decertat: & vir secundum cor Dei, cui se in cunctis accommodat, & à Deo volita atque mandata fideliter præstat. Potest & vocari mercenarius, quia nihil eorum, quae sibi imposita sunt, prætermittens, indicat aperte quod mercedem expectat. Patiens Iob multa mala sustinens comparat se [mercenario, qui præstolarur finem operis sui:] eidem similis est bona imperata faciens, qui licet nunc menses habeat præmio vacuos, & noctes laboriosas enumaret; scit tamen, si perseveret, plenam æternitatem sibi parari, & dies quietos, & nulla nocte interceptos concedi. Vocatur & amicus, quia legem amicitiae seruat, ut nimis cum Domino tum voluntate tum actione concordet. Vocatur tandem & filius; nam diuinam similitudinem in mente suscipiens, suscipit etiam Dei monita, audit consilia, diligit voluntatem. Hac igitur nomina optimè in eum quadrant, qui est disciplinæ ac regularum amator: cùm tamen ab ipsarum transgressoribus vis horum nominum quā longissimè ablit. Ut enim scriptus magnus Baſilius, suis regulis latius disputationis prefationem affigens. Qui maiorem præceptorum partem obire neglexerint, hi quo tandem in horum se numero reponi volunt: Qui neque Deo, vt parenti, obsequuntur, neque vt magna pollicentii obdiant, neque vt Domino seruant.] Transgredi regularum nomen serui non competit. Seruus namque timet dominum suum: qui verò iusta Domini præterit, illum non timeret. Dauid enim ait: Beatus vir, qui timeret Dominum: in mandatis eius cupit nimis. Et Gregorius: Deum timeret est, nulla quæ facienda sunt bona præterire. Vnde qui bona præterit, & mandata non custodit, fatis indicat quia timorem serui non habet, & serui nomine non est dignus. Nec vocari potest mercenarius, quoniam virtus mercenarij est spes: qui verò imperata non complet, qui bus præmium est assequitur, se viuam spem minime habere demonstrat. Nec vocari demum potest amicus aut filius. Horum quippe virtus est amor: & patrum aut nihil amat, qui voluntate, & morum similitudine ab amico & patre discordat. Cum filio

A ergo Salomon loquitur, cum eo scilicet, qui verba Domini corde suscipiens, & opere complens, aptus est ut vocetur non solum Dei seruus & amicus, verum & charissimus filius.

Ad illum itaque, qui filius est, Salomon loquens ait: Ne efflant hæc ab oculis tuis. Si nos ille seruos vocaret, fortassis diceremus quia iam imperata complemus, quibus statui aut seruorum sorti satisfacimus: at dum filios Dei vocat, ad maiora ac perfectiora fernanda nos obligat. Filius enim non attendit quid pater velit, an scilicet magnum sit, aut minimum; an præcepto mandatum, an simplici voluntate propositum: sed tantum respicit, an illud, quicquid sit, genitori suo placeat, quod satis filio est, ut illud praefatre contendat. Si nos vocaret seruos, ad obedientiam fortassis induceret, non ad similitudinem incitaret; at dum filios compellat, querendæ similitudinis curam extorquet. Qui verðatione Dei placitum in omnibus exequemur, & sanctissimi patris perfectam similitudinem induemus, si non in magnis, & etiam in minimis nobis præscripta seruamus? Nihil difficile, nihil immoderatum a te, ô religiose, petitur, eum audis: Ne efflant hæc ab oculis tuis. Habes patrem, cuius erga te tantus est amor, ut dicat per Isaiam: Ecce in manibus meis descripsi te; muri tui coram oculis meis sunt.] Qui miseras tuas in manibus suis, non alieno atramento, sed proprio sanguine, non calamo, sed clavis insculpit, ut eis congruo tempore remedium afferret. Qui ea, quæ ad tuam protectionem sunt utilia, semper ante oculos habet, ut ea semper integra & inuolata conferuet. Quid magnum, si tu eius mandata ac monita ante oculos habeas, ut pro tanto munere in te collato, aliquo pacto vicem rependas? Ille ait:

Nunquid obliuisci potest mulier infantem suum, ut non misereatur filio veteri sui? Et si illa obliteratur, ego tamen non obliuiscar tui.] Dic tu vicissim ut tanto beneficio respondeas, & ex parte gratus existas: Viam veritatis elegi, iudicia tua non sum oblitus.] Et: In iustificationibus tuis meditabor; non obliuiscar sermones tuos.] Mandata haec pulchra sunt nimis, & habent splendorem immensum, quo se inuenientes & diligentes illuminant. Quia mandatum, inquit Salomon, lucerna est, & lex, lux; & via vita, increpatio disciplinæ.] Et Dauid: Lucerna pedibus meis verbum tuum, & lumen semitis meis.] Oculi autem non alio, quā lumine, & splendore, & decole pascuntur. Nihil ergo tristitia aut difficultates habet, si mandata tam pulchra nunquam è tuis oculis effluat, neque à mentis conspectu se subtrahant. Custodi igitur legem atque consilium. Si tantum seruus es, dicerem tibi, ut mandata seruares, at cùm sis etiam filius, & ad filiorum dignitatem euectus, dico tibi ut mea quoque consilia diligenter obserues. Si interrogas à me: Quid faciendo vitam æternam possidebo? Responderem vixque: Serua mandata. At quia cùm religionem ingressus es, interrogasti: Quid faciendo perfectionem obtinebo? Respondeo, ut custodias legem atque consilium, & tum magna tum parva, à regula præscripta, compleas: quoniam si ad salutem latet eis, mandata custodiare, ad perfectionem assequendam necesse est consilia seruare. Serua mandata, quia à Deo præcepta sunt: serua & consilia, quia ab ipso Deo, dilectissimo Patre, consulta. Serua mandata, quia necessaria sunt ad salutem; serua & consilia, quia opportuna ad perfectionem. Serua mandata ne grauerit

1/a.49.16

1/a.49.15

Psal.118.

30.16.

Pron.6.

23.

Psal.118.

105.

E igitur legem atque consilium. Si tantum seruus es, dicerem tibi, ut mandata seruares, at cùm sis etiam filius, & ad filiorum dignitatem euectus, dico tibi ut mea quoque consilia diligenter obserues. Si interrogas à me: Quid faciendo vitam æternam possidebo? Responderem vixque: Serua mandata. At quia cùm religionem ingressus es, interrogasti: Quid faciendo perfectionem obtinebo? Respondeo, ut custodias legem atque consilium, & tum magna tum parva, à regula præscripta, compleas: quoniam si ad salutem latet eis, mandata custodiare, ad perfectionem assequendam necesse est consilia seruare. Serua mandata, quia à Deo præcepta sunt: serua & consilia, quia ab ipso Deo, dilectissimo Patre, consulta. Serua mandata, quia necessaria sunt ad salutem; serua & consilia, quia opportuna ad perfectionem. Serua mandata ne grauerit

delinquas

Psal.111.  
I.  
Gregor.1.  
mor. c.3.

Rem.8.  
17.

Aitor.13.  
22.

Iob.7.2.

Basil. pro-  
cesso in  
reg. fisi.  
diff.

Psal.111.  
I.  
Gregor.1.  
mor. c.3.

delinquas, serua & consilia, ne leuiter cadas, & ex leuioribus in maiora proruas. Custodi legem, atque consilium, & omnem regulam sive præcipiat, sive solùm moneat: sive obligare, sive solùmhortari ad melius intendat, fideliter serua, ne in luto multarum imperfectionem hæreas, sed ad concupitam mentis puritatem ascendas.

Vt verò legem consiliaque custodias, auribus non tam carnis, quād mentis miserationes excipe, quibus regulæ obseruatores repleantur. Hæc obseruatio erit vita animæ tue. O magnam miserationem Dei, & fontem, ac originem aliarum! Quid enim pretiosius, quid amabilius vita? Sed quid illustrius, quid dignius animæ vita? Quæ si in corpore viuens per absentiam gratia sit mortua, terrius olet, quād corpus tabidum, & corruptum carnis naribus foerit. At hæc animæ vita regulæ custodia est, quoniam si eam in magnis frangas, gratia perdis; si in minoribus prætereras, charitatis seruorum diminuis, & ipsam gratiam periculo amissionis exponis. Vita est, quæ viuum facit: obseruatio regulæ, quæ religiosum constituit. Neque enim religiosus est, qui paternam dominum reliquit, qui vestem mutavit, qui habitum religiosum induit, sed qui secularia deseruit, cor emundauit, & discipline monita custodivit. Si vero illa exteriora adfuerint, & ista interiora, & vera opera virtutis abfuerint, erimus quidem habitu religiosi, sed mente & actione profani. Diceturque cuique nostrum: Nomen habes, quod vivas, & mortuus es.] Mortui sumus, si ea, ad quæ astringimur, nō obseruamus: nomē autem simul viuentū habemus, quia habitū, & externa signa viuentū præferimus. Sanctus Abbas Ephraem egregia sanè oratione nos suffigat. Specie, inquit, & apparètia mundo renunciavimus: re vera autē, quæ mūdi sunt curamus, nec habemus, quo nos excusemus. Habitū monachi sumus, sed moribus crudeles quidem & inhumani. Habitū humiles, & moribus pestiferi & scelerati: Habitū religiosi, & moribus exitiosi. Habitū amici, & moribus inimici: Habitū gratioli, moribus odiosi: Habitū exercitatores seduli, moribus ignauiaathletæ: Habitū sobrij, moribus prædones: Habitū pudici, animo autem adulteri: Habitū modesti, moribus & peccatore vagabundi: Habitū mites, moribus arrogantes: Habitū confolatores, moribus contumeliosi: Habitū consiliarij, moribus obrectatores: Habitū simplices, moribus difficiles & perniciosi: Habitū ab inuidia alieni, moribus inuidi & homicida: Habitū defensores ac suscepentes, moribus autem proditores. Et unde, queso, accidit nos tales esse? Nisi in de, quod mutantur inter nos dilectionem perfectam non habemus: Nisi quia pura inter nos non sit concordia: nisi quia in nobis vera humilitas non est: nisi quid pro oculis timorem Deinon constituumus? ] Hac ille. Et sicut has causas nostra calamitatis reddidit, alias omnes ad transgressionem regulæ pertinentes posset assignare, re vera enim tales sumus, quia habitu, & ceremoniis religiosis contenti, sanctissimas regulas, virtutum doctrinæ, præterimus. Custodia ergo regulæ, vita animæ est: Quia si eam non obseruauerimus, non cum veris religiosis, sed cum fictis & hypocritis computabimur, iam nos struthio quis immunda designat, de qua ait Job: Penna struthionis similis est pennis Herodij, & accipitris.] Struthio penas Herodij & accipitris plumis similes habet, sed volatus altitudinem celeritatem que non habet. Sic malus religiosus, regulæ que transgressor, similem cum bono habitum gestat, sed in finem statutus sui, nimirum in perfectionem, nequaquam simili conatur festinat. Si externa eius consideres, videtur ad vo-

A] landum aptus, at per vitæ ignauiam humiliabit, & si quotidie ad spiritualia magis ineptus. Cui mores hy pociratum conueniunt, de quibus eo loco inquit Gregorius: Ira sunt nimium omnes hypocrita, qui dum bonorum vitam simulant, imitationem sanctæ conuersationis habent, sed veritatem sanctæ actionis non habent. Habent quippe volandi penas per speciem, sed in terra repunt per actionem, quia alas per figuram sanctitatis ostendunt, sed cùratum secularium pondere prægrauiati, nullatenus à terra subleuantur. ] Quis putet hos vivere, quorum non est aliqua interna vita operatio, sed sola externa status spiritualis ostensio? Qui derelinquunt ouia, id est, opera sua, in terra, nec curant, si pes inanis gloria ea protorat, aut bestia agri, nempe diabolus, in ipsa imperfectiones coniciens, suis malis artibus destruat. Illi itaque spiritualiter vivunt, qui disciplinam diligunt, imperfectiones abiiciunt, & regulam, ad quam si sponte obligant, frenunt custodiunt. Vel aliter custodia disciplina est vita, id est, vigor, & sanitas animæ, quam obseruant, bene valent: qui vero transgreduntur, ægrotant. Inaletudo enim corporis ex imbecillitate, ex dolore, ex defectu appetitus cibi, & potus, & ex pulsus inæqualitate dignoscitur. Qui autem regula sunt transgressores, ipso vñcadenti imbecilliores quotidie redundunt, ex discretea Prælati correctione, tanquam ex vulnere, dolorem acrem excitante, conqueruntur, nulla fame orationis, aut siti diuinarum consolationum solicitantur, & pulsus, vel actiones eorum præter ordinem & rationem mouentur. Infirmi sunt ergo non carne, sed (quod deterius est) mente. Disciplina vero, ac regulæ amatores, ex animæ sua firmitudine, ex rerum bonarum desiderio, ex spirituali lætitia, & ex actionum ordine colligunt, le animæ sanitatem ac vigorem comparasse.

Hæc est prima misericordia in disciplina amatores collata: secunda vero, quæ priorem subsequitur, illis verbis exprimitur: Et gratia fauibus tuis. ] Eandemque ipse Salomon luculentioribus antea verbis expresserat, dicens: Audi, fili mi, disciplinam patris tui, & ne dimittas legem matris tuae, ut addatur gratia capiti tuo, & torques collo tuo. ] Verba hæc ad status religiosi sectatores propriissime videntur esse directa. Habent illi patrem, habent & matrem, non solùm secundum spiritum generantes, sed leges etiam mandataque ferentes. Pater est, illius, quam profitemur, religionis fundator, quem semper & meritò patrem vocamus, à quo non carnem putidam, sed spiritum vitæ, Deo grata, siueolentem accepimus. Pater hic docuit nos regulam, cùmque nobis in legem tradidit, quam ex ore Domini in monte Sinai, in monte vitæ perfectæ, non sine luce contemplationis, non sine igne amoris, non sine signis, arque portentis operum mirabilium, à se editorum, ceu Moyses alter audiuist. Mater vero est ipsa religio, quæ Deus ex fundatori latere, vel ex eius corde, tāquam aliam Euam, eduxit. Hæc nos in vtero tyronij gestauit, & non in doloribus, sed in lætitia, & exultatione per emissionem professionis peperit, & lacte doctrinæ spiritualis, aut regulæ exhibitione enfruinit. Excipiamus ergo corde regulæ disciplinam, à tāto ac tali patre propositam, quæ vita Christianæ summa est, perfectionisque compendium. Ne manibus, & actionibus dimittamus eandem legem matris nostræ, longè profectò superantem eam, de qua dictum est: Verba Lamuelis regis. Visio, qua erudit eum mater sua, ] Illa enim lex luxuriam, & ebrietatem, & iniustitiam prohibet; hæc autem Angelicam castitatem, omnis voluptatis & substantia-

Greg. 31.  
mor. c. 5.

Proh. 1.8.

Proh. 31.  
l.

Prov. 1.8.

Eccles. 3.  
10.Ter. 35.  
6.

mundialis contemptum, ac perfectissimam obedienciam, ad omnem iustitiam incitantem, iubet. Quod est autem huius laboris præmium? Illud quidem, ut addatur gratia capitio tuo; seu: Et grata fauibus tuis. Et torque collo tuo.] Gratia, seu gratiarum corona, ut Septuaginta verterunt, & torque, quæ ex auro, & lapidibus pretiosis, gemmisque texuntur, celestia dona, & præcipue virtutes omnes designat, quibus regula, ac disciplina amatores decorantur. Qui non tantum Deo gratiore furent, verum in omni virtute (vniuersas enim, dum regulam obseruant, exercent) se proficisse reperirent. Pulchra hæc corona virtutum, est illa larga Domini benedictio, de qua Ecclesiasticus ait: In opere, & sermone, & omni patientia honora patrem tuum, ut superueniat tibi benedictio ab eo, & benedictio illius in nouissimo maneat.] Operæ honorat patrem, qui prompte eius iussa compleat: sermone, qui iussa nimia austeritatis, aut indiscretæ grauitatis non damnat: patientia vero, qui labores ex mandatorum obseruatione emergentes dissimulat. In hunc le laiga patris benedictio diffundit, ut quemadmodum ille omnibus virtutibus claruit, ita & obediens filius eodem virtutum cumulo ornatus incedat. Et sicut ille ob virtutum insignia fuit in celis coronatus, ita & hic ob similem vitam congruo tempore coronetur. Vel gratia capiti & collo adiecta, verissimum honorem significat, quo omnes illum prosequuntur, quem iudicant legis ac disciplinæ amatorem. Nam hæc excellentia verè magna, qua quis virtutis amore & disciplinæ obseruantia alii eminet, tantam in hominum animos reverentiam, tantum timorem inducit, ut eos libenter honorent, & in aliquo lædere vereantur, quos vident per vice puritatem Deo esse coniunctiores. Nec mirum est, si homines eos reverentur, & laudent, quos sciunt ab omnium conditore laudari, & in virtutum exemplum alii proponi. Filij Rechab ad bibendum vinum invitati, responderunt Ieremiæ: Non bibemus vinum; quia Ionadab filius Rechab, pater noster, præcepit nobis dicens: Non bibitis vinum vos, & filij vestri vsque in sempiternum.] Quid autem Dominus ad Israelitas loquens? Certe: Præualuerunt sermones Ionadab filij Rechab, quos præcepit filiis suis, ut non biberent vinum, & non biberunt vsque ad diem hanc: Ego autem locutus sum ad vos de manæ consurgens & loquens, & non obediens mihi. Quid demum ipsi Rechabitis promittit? Pro eo quod obediens præcepto Ionadab patris vestri, & custoditis omnia mandata eius, non deficit vir de stirpe Ionadab, filij Rechab, stans in conspectu meo cunctis diebus. Nunc etiam sunt filii Ionadab, id est, Christi; quia si Ionadab spontaneus dicitur, Christus ad obeundam pro nobis mortem Patri se sponte subiecit. Hi autem sunt iusti, qui abstinent à vino propria voluntatis, ut se disciplina & legi obedientes exhibeant. Istos Deus tepidis, & imperfeciis in exemplum proponit, exhortatque illis, quod non bonorum exemplum sequantur, ut iram fugiant, sed magis vitam recordium imitentur, ut in indignationem incurvant. Eos tandem laudat, spe ad præmium erigit, & opera eorum tanquam sibi gratissima in conspectu suo semper se habiturum esse promittit. Hæc ergo est gratia, quam regula custodes accipiunt, ut virtutum donis repleantur, & magno honore cululentur.

Nunc tertiam misericordiam exponamus. Tunc, inquit, ambulabis fiducialiter in via tua, & pes tuu non impinger: si dormieris, non timebis; quietes, & suauis erit somnus tuus. Si mandata, inquit, mea ex

A oculis tuis non effluxerint, ut ea semper mediteris, & è manibus tuis nunquam exciderint, ut ea semper exequaris, omnia tibi prosperè euenient. Siue dormias, aut vigiles; seu quietas, aut aliquid agas, sine in via, seu in domo confistas, nihil quod te perturberet, nihil quod immoderatè exterreat, nihil quod ad malum ladar, inuenies. Quidam per viam intelligunt diem, & per somnum noctem. Vel his duobus prosperitas, & aduersitas, contemplatio, & actio, vita, & mors intelligenda est. Et sane hæc omnia discipline amatoribus in bonum cedunt, & in omnibus spiritus profectione & meritorum augmentum reperiunt. Dies est illis læta, & nulla ociositas obscuritate subnubila; quia in quadam bonarum actionum perpetuitate transfigitur, & nox est illis tranquilla, quia partim lectione & oratione, partim necessaria paulatione occupata, nulla minus pura cogitatione fecundat. In prosperitate non tument, quoniam illam à Domini miseratione venire iudicant; & in aduersitate non supra ordinem rationis timent, quoniam prosperum exitum habituram, Domino, cui seruit, faciente, coniecant. In contemplatione sunt alacres, quia sponsus eos visitat: in actione robusti, quia magna ad laborandum gratia confortat. In vita sunt sancti, quam sanctis operibus mundant; in morte securi, quam magnifica celestis patriæ promissiones exornant. Omnia illis cooperantur in bonum,] ut ait Paulus, & ex his, quæ amariora videntur, dulcissimos fructus meritorum decerpunt. Omnia proflus, inquit Augustinus, non solum illa, quæ appetuntur ut suauia, verum etiam illa, quæ ut molesta vitantur.] Dominus super omnia bona sua constituit eos, ] nec bonum est aliud, à quo non accipiunt aut eruditios, aut consolationis, aut benignæ correctionis obsequium. Hæc obseruatione eorum est vna ex partibus pietatis, quæ teste eodem Apostolo [ promissionem habet vite, quæ nunc est, & futuræ.] Future quidem, in qua illi eternis præmissis cumulantur; & præsentis, quia in prosperis, aduersis virtutis augmento perficiuntur. Axa, filia Caleb, quæ à patre in hæreditatem, [ terram atentem] accepit, [ irriguam] non sine suspirio petuit, & [ irriguum] inferius ac superius] imperavit. Quid aliud (teste Origene) haec ampla largitio significat, nisi quod filij Deo obediens ab eo accipiunt irriguum superius, id est æternæ præmia, & irriguum inferius, id est, temporalia subsidia? His subsidis communiti viam suam fiducialiter ambulant, dum in his, quæ aggrediuntur, Deum sibi adesse considerant. Pedes ad lapidem non offendunt, quia impedimenta currendi, & decipulas ad aduersari in via absconditas, Dei luce detectas, & misericordia sublatas esse conspiciunt. In somno non trepidant, quin potius securi & fidentes, sanctæ quieti se tradunt, quæ post exactos labores in mandatis seruandis nulla potest male conscientia incepitione turbari. In omni ergo eventu sunt fœlices, quia labor est illis ad meritum, & quies ad præmium; actio ad virtutem, contemplatio ad fortitudinem; prosperitas ad humilitatem, aduersitas ad salutem.

Post hanc alia diuina misericordia subsequitur. Ne paucas, inquit, repente terrore, & irruentes tibi potentias impiorum.] Si mandata compleueris, consiliaque seruaueris, cum homines oborta calamitate grauissima, concutientur timore maximo, tu non pauebis, sed securus existes; & irridebis insurgentis aduersum te potentias impiorum, quia eas priusquam ad te veniant, à Deo fractas & contritas aduerseris; communibus calamitatibus eximat, sed quia

in com

Rom. 8.  
28.August.  
epiph. 1.16.Matth.  
14.48.1.Tom. 4.  
8.1.Joseph. 15.  
19.Origen.  
hom. 10.  
in Iosue.Prest. 1.  
2.5.

*Chrysoff.  
boni. 4.  
ad Popu-  
lum.*

in communī calamitatem positos, securos & lētos red-  
dat, & sicut aurum, in fornace; sic eos in tribulatio-  
ne puriores efficiat. Ferunt ergo communū calamitatem iniqui, ferunt & ciuiti; sed illi calamitate sedan-  
tūr, isti exercentur, & puriores ac splendidiōres euadunt. Quod animadgertens Chryostomus, sic  
ait: Sicut aurum, etiā aqua immoretur, propriam  
preferit speciem, siue in cōstalorūm ceciderit, [splen-  
didiū rufūm appetet: lutum autem, & scēnum si-  
ue aqua immisceri accidat, hoc quidem marcescit,  
illud verò dissoluitur; siue in ignem ceciderit, hoc  
quidem frigitur, illud autem comburitur. Sic certè  
& iustus & peccator: ille quidem siue remissione  
frustratur, manet splendidiōs, sicut aurum, aqua im-  
mersum; siue in tentationem ceciderit, splendidiōr  
fit, sicut aurum igne examinatum: peccator verò siue  
remissionem nanciscatur, dissoluitur, & marcescit,  
sicut scēnum & lutum, aqua immorans; siue tenta-  
tionem sustineat, comburitur, & perditur, sicut lutum  
& scēnum ab igne.] Hac ille. Ac proinde iustus  
adversitatibus cinctus, non timeret, & impiorum mu-  
cronibus circumseptus, non paucet, quia sedandam  
est à Domino tempestatem, & in tutissimum por-  
tum faciliter appellendum esse confidit. Narrat Salu-  
tator noster signa illa tremenda, quæ postremum  
eius aduentum sunt ad monitionem hominum p̄tra-  
cessura. Manifestè prædicat solis & luna defec-  
tio[n]em, syderum casum, terræ motus, maris tremitus, &  
omnium rerum sublunariarum pauendas mutationes,  
ad eō ut homines arefacti p̄ timore, & expectatio-  
ne eorum, quæ superueniente vniuerso orbi. Tunc  
verò cùm omnes trepidant, cùm vniuersi ex solo au-  
ditu tantarū calamitatum tabescunt, ad discipulos  
suos, & ad voluntatis suæ amatores, & mandatorum  
obseruatorum quid dicit? His autem fieri incipi-  
tibus, inquit, respicite, & leuate capita vestra, quoniam  
appropinquat redemptio vestra.] Cūm alij  
præ tristitia oculos in terram deuiciunt, vos p̄ ga-  
udio colum apficere: cūm alij timent, vos estote feci-  
ri; cūm impij damnationem exspectant, vos iusti mei,  
exultate in cordibus vestris, quoniam appropinquat  
redemptio vestra. Cūm plagæ mundi crebre scunt,  
inquit Gregorius, hunc locum interpretans, cūm ter-  
ror iudicij virtutib[us] commotus ostenditur, leuate  
capita, id est, exhalare corda: quia dum finitur mun-  
dus, cuius amici non estis, propè sit redemptio, quam  
quaeficitis.] Tunc profecto iusti, ut inquit Isaías, le-  
uabunt vocem suam, atque laudabunt, cūm glorifi-  
catus fuerit Dominus, hinnient de mari.] Quid  
enim facient inter mala & tribulationes positi, & à  
sensu eorundem malorum earundemque tribula-  
tione eripi, nisi eum laudibus celebrare, quem ha-  
bent in laboribus consolatorem? Quare non equo-  
rum more hinnient p̄ laetitia, qui in mediis arum-  
nis huius facili ita se gerunt ac si ad amēna pascua  
properarent? In mari sunt, ubi sepe eis minas inten-  
tat saeva tempestas, sed hanc Dominus sedat, impe-  
rans ventis & mari, & tranquillitatem afferit, ut po-  
tentiam impiorum non metuant, s̄equi illi ob tam  
magnum beneficium gratos exhibeant.

*Prou. 3.  
16.*

Postremam miserationem ex his illa verba conti-  
nent: Dominus erit in latere tuo, & custodiet pe-  
dem tuum, ne capiaris.] Beneficium hoc longè est  
priori excellentius atque sublimius. Nam duo mala  
nos cingunt; alterum, quod à visibilibus persecutorib[us]  
affligitur, alterum, quo ab invisibilibus inimiciis, id est, à dæmonibus nunc aperte, nunc occulte, &  
sub specie boni tentamus. Regulæ autem obserua-  
tores, & di uina voluntatis amatores, non tantum à  
malis temporalibus proteguntur, verū & à tenta-

A tionibus liberantur. Tentatio namque intellectum  
boni delectabilis offensione allicit, & affectionem veti-  
tiamore deuincit: Domini verò protectio hos duos  
animæ pedes à laqueo liberat, si eam suis iussis obse-  
quentem inueniat. Illustrat ille intellectum iustorum,  
qui suam voluntatem explore contendunt  
Scriptum est enim: Intellectus bonus omnibus  
facientibus eum.] Viventibus, inquam, iuxta p̄scriptum  
timoris Domini. De quo immediate dixerat: Initium sapientiae timor Domini, & mandata  
seruantibus dabitur intellectus sanus, iudicium integrum ac sincerum, quo possint diabolii versuras in  
terno scere, & se à laqueo venantium liberare. His,  
inquit Chryostomus, qui faciunt sapientiam, &  
eam factis ostendunt, bonus est intellectus: Intel-  
lectus bonus, inquit, quoniam est etiam malus intel-  
lectus, vt quando dicit: Sapientes sunt, ut malè  
faciant, bonum autem facere non nouerunt. Ipse  
autem querit eum intellectum, quin virtute situs  
est. Purgat etiam iustorum affectionem; Apostolorum  
enim pedes, eorum nempe, qui ex sermone Domini  
mundi erant, ab ipso Domino loti sunt, ut sciamus  
suum affectus ab illo mundari, & à desiderio pe-  
ccatorum, ad quæ alliciebantur, exoluti. Ipse ergo Do-  
minus, firmamentum atque protectione ad latus se iu-  
storum ostentat, ut non possint in tentationem in-  
duciri. Vnde Ambrosius: Agnoscamus quod etiam  
iusti in domo Dei positi, & verbo Dei intenti, ten-  
tantur quidem sacerdotibus negotiis, & affectioni-  
bus, sed non alienantur à domo Dei, & à custodia  
præceptorum cœlestium.] Ad istos ergo pertinet,  
quod in Ecclesiastico scriptum est: Oculi Domini  
super timentes eum, protector potentiæ, firma-  
mentum virtutis, regimen ardoris, & umbraculum  
meridiani: deprecatio offensionis, & adiutorium ca-  
sus, exaltans animam, & humilians oculos, dans sa-  
nitatem, & vitam, & benedictionem.] Ita Dominus  
est in latere iustorum, ut suos oculos in eorum necessi-  
tates intendant. Ille est protector potens, quia eos  
defendit à malo, & firmamentum forte, quia ipsos  
stabilit in bono illis est regimen ab astu, cūm à malis  
corporis protegit: & umbraculum à meridie, cūm à  
superbia, ex bonis successibus emergente, liberat. Ille  
est depulsor offensionis, ne scilicet in malum ca-  
dant: & adiutorium casus, ne in dolos aduersariorum  
impingant. Eorum tandem animas gratia exaltat,  
eorum mentes sapientia illuminat, & illis omnia bo-  
na per sanitatem, vitam, & benedictionem signata  
communicat. Hac omnia disciplina amatoribus  
promissa sunt, & in ipsa regula aliquid habent, que  
le à tentationem malo defendant.

E Ipse namque religiose regulæ, ex doctrina sacre  
Scriptura desumpta, quādam occultam vim ex ipsa  
Scriptura sacra mutuare videtur, ut sicut hæc medi-  
tata, & iaculo tentationis obiecta, tentationem abi-  
scit, ita & illæ præsae suggestioni oppositæ, eam po-  
tenter repellant. Quoties de ambitione tentatus, ita  
tus religiosi humilitatem considerans, rubore suffusus es? Et ad illecebras carnis intellectus, professionem  
castitatis intuens, subito fusti fooditatis horrore per-  
culsus? Quid hoc? Nisi quod ipsa regula pro muro  
est, quæ vndique que nos cingit, & protegit, ne relis  
aduersariorum vuln' erenuis, ne ipsorum dolis quasi  
vinculis capiamur. Et sicut puer suum pædagogum  
videns, & eius severitatem ac grauitatem vtecumque  
cognoscens, timeret aliquid facere, cuius causa ab illo  
reprehendatur, aut etiam virga vel flagello vexetur:  
ita religiosus oculos coniciliens in regulam, eutique  
integritatem ac puritatem aduertens, aliquid vel  
modicum veretur admittere, cuius cautela dignus sit

ab illa

*Psal. 110.  
10.**Ibid.**Chrysoff.  
ib. To. 1.**Jerem. 4.  
22.**Ioan. 13.  
10.**Amb. lib.  
2. de A-  
braham.  
c. 5.**Eel. 34.  
19 20.*

ab illa reprehendi, & transgressor iudicari. His magnis Domini misericordiis donati, dum regulam custodiimus, & illa, quam diximus, pace ditati, merito fatebimur, quia pax super nos & misericordia, & super Israel Dei. Et si mundo valedimus, ut pacem quereremus, & misericordiam Domini acciperemus, regula profecto nobis seruanda est, quia dum virtutes inserit, pacem afferit, & post pacem multiplici nunc miseratione nos cingit, donec ad illam patriam veniamus, in qua pax perfectissima omnem etiam minimam inquietudinem tollat, & felix misericordia, & felicitas misericors omnem omnino miseriari submouebit.

*Non tantum magna, sed & minima  
quaque ex regula esse  
seruanda.*

CAPVT IX.

**T**N cuiusvis familiae religiose regula quædam eorum, quæ præcipiuntur, sunt magna, quædam sunt parva: alia grauiora, alia leuiora: & quædam omnino minima, quæ licet non æquali cura ac diligentia, omnia tamen sunt exquisitissima mentis contentione seruanda. Magna magno conata seruanda esse, nullus ignorat, quorū transgressor, grauis est, & à Dei amore ac familiaritate nos separat; quorum obseruatio vtilissima est, & magnum nobis profectum importat. At minima cur magna cura custodiens, cùmque nullius ferè momenti videantur, non est cur eorum transgressor sit noxia neque obseruatio proficia? Hisque præcipue eorum omissione concedatur, qui sunt iam vite religiosa diuturnitate firmi, & assida omnium virtutum exercitatione robusti, quoniā sicut corpora valida, & bene temperata minoribus excessibus non lèduntur; ita animæ, virtute perfectæ, nec minimorum transgressione fuscantur. Quarum pulchritudo tanta est, ut à rebus parui momenti non pendeat; quarum diuitiae tam amplæ, ut hæc minima detrimenta non metuant. Sed re vera minima quaque, à regula proposita sunt, nisi penitus despiciamus, diligenter cura seruanda. Hæc enim incipientibus, & imperfctis maximè necessaria esse, præacta similitudo demonstrat. Qui cùm sint plenè infirmi, & in virtute parum fitabiles, non possunt horum omissione non ladi, nec turi sine istis in arte professe persistere. Nam professionem religiosam non sine ordine discimus: ordo vero illud postulat, ut prius faciliora, postea difficultiora præstemos: nunc minora & post modum maiora discamus. Quomodo autem omissione facilioribus ardua ac laborioriora facies, & minimis ignoratis maiora cognosces? Domini sententia est, quæ principiè quendam Iudeorum incepit: Si terrena dixi vobis, & non creditis: quomodo si dixerim vobis cœlestia credetis? ] Quo loco per terram in rellexit baptisma aquæ, quod licet cœlestis sit, in terra suscipimus; & per cœlestia, mysteria diuina, à sensibus avulsa, quæ hic fide credimus, & in patria clarè videbimus. Eadem vero sententia potest & rerum modicarum transgressores reprehendere, aut ea tantisper mutata ipsorum oscitanciam damnare: quod si auditio terrenis, id est, his, quæ terreni homines ad vitam religiosam venientes, facile præstant, non parent, quomodo auditio cœlestibus, id est, sublimioribus perfectionis documentis, obedient? At obseruatio

Ioan. 3,  
12.

A minimum etiam est in virtute prouectis necessaria, cùm ea sint velut folia, quæ & arborem ornant, & fructus afferuant. Sic minima recte custodiunt, & miranda pulchritudine vestiunt. Etenim ille redditur admirabilis, qui magnus existens, minora non despicit, & cùm majoribus intendat, nunquam minutiora dediscit. Aliquando mirati sumus existivum Theologum, grauissimum studiis occupatum, qui inter cyrtones artium liberalium positus, ita minutias grammaticorum, & pterilitates dialecticorum tractat, ac si ante duos dies illas ex professo didicisset, & in nullo alio suam operam collocasset. At multo magis virtutem perfectam admiramus ita modica disciplina sequantem, ut in eis feruentes nouitios excedat, & non solum conuersatione sua maiora doceat, sed semper ipsum vitæ exemplo magistrum minimum exhibeat. Et sane ex sententia Plutarchi insignis Philosophi indicium est magna virtutis, minora curare, & patiuulos quoque defectus timere. Eius verba sunt: Non mediocre argumentum est, nos in virtute progressi, si nullum iam peccatum leuis & exiguum putemus, sed omnia studiose vitemus, atque obseruemus. Ut enim qui diuitiae le fore desperant, parvus sumptus facere pro nihil habent, quod nihil magni futurum putant, si paruum partio adiiciatur: spes autem proprius ad finem accedens, simul cum diuitiis auger diuitiarum amorem: Ita in virtute, qui non dicit: Quid tum postea? modò sic, alia melius, sed singulis intentus, ubi vel minimo peccato virtutem se insinuans, yenia locum dare videtur, agre fert, & indignatur, satis ostendit, te purum aliquid sibi iam comparasse, quod inquinari nullo modo velit.] Omnibus ergo tam incipientibus quām prouectis, necessarium est minimas culpas vitare, & minima nobis iniuncta solerter custodiare.

B C D E F G H I J K L M N O P Q R S T U V W X Y Z

Hoc cùm ita sit, inuestigemus aliqua, quæ omnes valeant ad diligenter minimum custodiā allicere. Ex quibus illud magni momenti est, quod qui modica non custodiunt, in magnum delictum delinquenti & cadendi incident. Ponamus modò (quod certum est) multa ex regula, & ex statutis religiosorum ad peccatum non obligate, atque adeò sine ullo peccato, non tamen sine incurSIONE peccata, sub qua iubentur, posse dimitti. Sed non ob id sum habenda contemptui, quæ sèpe alia ratione ad peccatum obligant, & esto, quod nulla ratione peccatum in se habeant, ad multa peccata, & multa scandala animum transgredientis preparant. Dixi aliqua minora, licet non à regula sub intermissione peccati iubentur, alia ratione peccatum continere, & non me pœnitit: nam ita esse, nemo qui attente consideret, negare poterit. Cuius rei num, aut alterum exemplum subiiciamus. Regula silentium præcipit, & non obligans ad culpam, sed ad solam pœnam præcipitat silentij prætermisso, & verborum ocofforum, & superfluirum prolatio, peccatum est, non quidem quia regula veritatem, quæ in hac re ad peccatum obligare noluit, sed quia talia verba ex se illicita sunt, tanquam debito fine carentia, & quia Dominus ea prohibuit, dicens: Dico autem vobis, quoniā omne verbum ocofsum, quod locuti fuerint homines, reddent rationem de eo in die iudicij.] Regula contentiones vetat, & tanquam intermissionis pœnam vetat, at contentio, peccatum est, non quia regula vetat, sed quia contentio recte ratione contraria est; quam Paulus inter opera carnis enumerat, & alio loco præcipit, ut [nihil per contentio] nem lñiat. Constitutio religionum fecit omnium in violabilitate tenet, ut religiosi, non soli, sed associati incedant,

Plut. lib.  
de profe-  
ctu virt.  
sentientia.

Matth.  
12, 36.

Galat. 5,  
10.  
Phil. 2, 3.

Eccles. 3.  
27.Rom. 14.  
15.Chrysost. hom. 88.  
in Matt.

incedant, quæ etiam non inducit peccatum: quis autem non videat religiosum adolescentem delinqueret, si dum socium sine causa deserit, & solus incedit, aut se periculo alicuius peccati exponeret, aut scandalum generaret? Nam qui amat periculum, ait Ecclesiasticus, in illo peribit: ] perit, inquam, non solum quando in ipsum periculum, cui se exposuit, cadit, sed etiam licet non cadat, quando temerarie se periculo casus exponit. Et qui fratrem scandalizat, atque contristat, vt Paulus ait, non secundum charitatem ambulat.] Si ergo indiligentia hæc minor transgredi, aliqua ratione peccatum est, iam apparet quām sollicita sint cura seruanda, ne in peccatum labamur, & ne ex peccatis minoribus, deposita verecundia, ad maiora properemus. Certum est enim, minora delicta, præfertim inuercundè commissa, ad grauiora auditum aperire: quod & supra à nobis monstratum est, & Chrysostomus haec luculentissima oratione confitmat. Mirabile quiddam atque inauditum dicere audeo. Solet mihi nonnumquam non tanto studio magna videri peccata esse cuitanda, quanto parua & vilia; illa enim ut aufersemur, ipsa natura peccati efficit: hæc autem hac ipsa re, quia parua sunt, desideri redditum, & dum contemnuntur, non potest ad expulsionem eorum animus generosè insurgere. Vnde citò ex paruis magna sunt negligentiæ nostra: Hoc ipsum corporibus quoque accidere videbis. Sic i. Iuda maximum proditionis malum exortum est: nūni enim putasset, paruum esse, pecuniam inopum surripere, in tantam proteruitatem non deuenisset. Iudæ quoque nili putassent inanis gloria delictum minimum esse, usque ad cædem Christi lapsi non fuissent. Hac via omnia scelesta fieri videbis. Nemo enim repente ad extremam improbitatem infisiit. Habet quippe inlustre quendam anima pudorem atque innatum, quem subito calcare, atque proiicere non potest: sed sensim, atque paulatim ex negligentiâ perit. Hoc pacto etiam idolorum cultus auditum inuenit, cum vtrâ quām oportet, viui ac defuncti nonnulli honorantur. Hoc pacto simulachra & statuae adoratae sunt. Hoc pacto denique fornicatio & cætera vicia dominantur. Consideremus autem si nimium quidam ac importunè risit, reprehensus à quopiam est: respondet alius, nihil esse id mali. Quid enim est risus, aut quid vñquam ex risu mali sequetur? Orta tamen ex immoderato risu paulisper securritas, à securitate turpiloquium, à turpiloquio operatio turpis profecta est. Cūm alius proximo malediceret, ac conuictu diceret, reprehensusque esset, contemptus, dicens nihil esse mali huiusmodi verbis vti: sed hinc dissidia & odia nata sunt, inde inimicitias capitales, hinc contumelias, à contumelias porto pulsatio, ac inde cædes plerumque secuta est. Sic à minimis ad maxima gratiæ diabolus ducit. Haec tenuis Chrysostomus.

At demus, hæc minima nulla ratione esse peccata, quia neque à regula sub peccato verita, neque alio mandato prohibita, neque periculo scandali auratus exposita; adhuc sunt multa cura seruanda. Quare? Quia hæc præterit ad imperfectionem, & quendam spiritus laxitatem pertinet, qui minorum observatione, ne effluat, quasi ligamento constringitur. Quia in proposito implenda diuina voluntatis deficitus, & Domini monita ac consilia calcamus. Quia firmam voluntatem regulam seruandi deferimus, & pollicitationem nos statui religioso accommodandi præterimus. Quia à semita perfectorum elongamur, & vias latas tepidorum & imperfectorum ingredimur. Quia denique aliqua minoria sunt tanti momenti, ut illis reieciens insipiens homo minus

A aduertens, à se non perfectionem tantum, sed & salutem abiiciat. Nam si ad os pueri accedas, forrè cades: & si te in ignem coniicias, sine dubio comburris. Sic prorsus si minor tollas, post quæ disserimus peccari latet, forsitan peccato fodaberis. Ingredi celum alterius fians abilque superioris permitti, peccatum non est, licet apud nos cōstitutione vetetur. At in hoc quanta est peccatorum occasio? Si enim clavis & absente fratre ingrediari, forrè aliquid è cella tolles, aut quod non oportebat scire, leges: si vero de fratri aspersu & eo præsente introcas, quanta ociofa dices, quanta derractione loqueris, quantum temporis sine fructu elabi finies, & quomo do malo exemplo tuam imperfectionem videntes laedes? Similiter cū domo de licentia superioris egreditur, vetrum est nobis aliò ire, quām ipse permisit. At tu socium inescas, & dominum aliquam sine facultate superioris ingredieris. Quantum est in hoc delinquendi periculum, cū diabolus ibi laqueum abscondit, quo te comprehendat, & sanctissimum, quem profiteris, statim traducat? Pascerulus in arbustu sine timore sedet, & visco capitur atque tenetur: sic sepe insipiens homo, dominum quam non decebat, securus ingreditur, & occasione, quam nec somnauerat, quasi laqueo ligatur. Dicitur non sine lucre illud feremus: Quare factus est dolor meus perpetuus, & plaga mea desperabilis renuit curari? Facta est mihi quasi inendacum aquarum infidelium.] Quasnam tu putas esse aquas infideles? Nonne illæ sunt, quæ primo aspectu, nec digitos pedum operite videantur, sed tamen profundissimæ, & miserum hominem obruunt, atque demergunt? Sic sunt quidam defectus, & quædam virorum spiritualium transgressiones, principio quidem medicatu faciles, temporis vero progressu difficiles, que in dolores perpetuos & plagas desperables transeunt, & vix aliquam curationem inueniunt. Nescitis, inquit Paulus, quia modicum fermentum totam massam corrupti? Id autem dicit, quia peccatum vnius quod dissipulamus, & non arguimus, multos contaminat, & paulatim in totam le congregationem diffundit. Sec idem de quibusdam paruis defectibus possumus sive illa exaggeratione fateri, quod in assuetudinem versi, mente enervant, & vitam omnem spiritualem inquinant, dum maiorum peccatorum semina existunt. In bonis profecto modica initia despicienda non sunt, quia paulatim in magnam abundantiam ex crescunt. Quod significat illa sententia Baldad, lobum ad iustitiam adhortantis: In tantum ut si priora tua fuerint parua, & nouissima tua multiplicentur nimis.] Deus, inquit, ob iustitiae opera, mentem tuam pacatam reddet, & modica virtutum semina ita multiplicabit, ut ex incipiente perfectus, & ex paupere diues fias. Et in Zacharia scriptum est: Quis despexit dies paruos? ] Ac si diceret, nemo debet diuitiarum tenuitatem alfernari, quia paucis bonis asseruatis, bonorum abundantia superueniet. Ita ergo nec sunt malorum initia contemenda, quia ex initio mali ad malum progredimur, & ex modo malo ad magnum malum currimus, & ex illo ad cordis duritiam festinamus. Proverbium est non hominis, sed Dei: Qui spernit modica, paulatim decidit.] Si enim curare patua negligimus, ait optimè Gregorius, infenibiliter seducti, audentes etiam maiora perpetramus. Et alio loco: Qui peccata minima flereat deuitate negligit, à statu iustitiae, non quidem repente, sed partibus totus cadit.] Modica itaque tenenda sunt, ne post parum relinquit, reliqua abeant, & nos pauperes vacuolque dimittant. Alia ratio huic proximè accedit, ob quam debe-

Iob. 15. 18.

Cor. 5. 6.

Iob. 8. 7.

Zach. 4. 10.

Eccles. 19.

1.

Greg. 10.

mor. c. 9.

3. P. passio.

ral. adm.

4.

mus diligenter parua seruare. Quia nimur dum hæc oscitantes transgredimur, & minimis erratis admittendis assuescimus, timorem grauiorum patratorum amittimus. Vtis paulatim atteritur, & qui hodie aliquantulum detritam vestem gestare non metuit, cras magis detritam, & post paucos dies omnino lacera tunc villo rubore gestabit. Sic qui conscientiam paruis defectibus hodie dererit, post non multos dies, maioribus sine pudore discindet. Hec autem causa est, quare idem sanctus Pater Gregorius paruos defectus quodammodo plus quam magnos, timendos esse decernit. Admonendi sunt, inquit, qui in minimis frequenter excedunt, ut sollicitè considerent, quia nonnunquam in parua deterris quam in maiori culpa peccatur. Maior enim quo citius, quia sit culpa, agnoscitur, eo etiam celebrius emendatur. Minor vero, dum quasi nulla creditur, eo peius, quod & securius in vsu retinetur. Vnde sit plerumque, ut mens afflita malis leuitibus, nec grauiora perhorrescat, atque ad quanidam auctoritatem nequitiae per culpas nutrita perueniat, & tanto in maioribus contemnat pertimescere, quanto in minimis didicit non timendo peccare. ] Dum itaque vis à magnis caueat, noli, ut caueas, parua negligeat. A scintilla enim una augetur ignis, & ab uno doloso augetur sanguis. ] Et quis vita spirituali magis dolosus, quam paruis defectus, qui in maioribus adiutum aperit? Hic profecto timendus est, ne sanguinem augeat, id est, ne grauiora peccata inferat. Attende, o iuste, tibi à peccatore, ] ab eo nempe leui defectu, qui solet ad maiora petrahere: [ fabricat enim mala; ] & sicut in ædificatione domus, quasi super unum lapidem alterum, ita unum peccatum super aliud imponit; [ ne forte inducas super te subsannahionem in perpetuum. ] Admitte ad te alienigenam, nimis illud opus, quod à tua professione alienum est, & subi eret te in turbine, ac non sine molestia tua acturbatione disperdet, & abalienabit te à tuis propriis, ] quia virtutum faciet pauperem, dum facit laxitatem amatorem. Et dum tibi in quibusdam defectibus condescendis, à nomine perfecti iusti excides. Hoc enim nomen, iustus, inquit Chrysostomus, consueuimus dicere de his, qui omnigenam exercent virtutem. Et postea de iusto Noë loquens: Omnia, inquit, implieuit, quæcumque facere conuenit eum, qui virtutem amplexatur. Hic enim est perfectus. Nihil enim intermisit, in nullo claudicauit. Non tamen hoc bene faciebat, in illo vero peccabat: sed in omni virtute perfectus erat, qua tunc pollere illum conguebat.

Sed aliqua sunt in vita ac professione religiosa ita minima, ut neque ipsa peccata sint, neque ad aliquod peccatum trahant. Fateor. Sed hæc etiam debent ab omnibus, tum nouitiis, tum prouectis, ac senibus sollicita cura seruari. Nam & hæc parua diuinæ voluntati sunt confona: quis autem parua despiciat, quæ magna Dei & sanctæ voluntatis probavit, & facienda esse prescripsit? Hæc parua à magnis & perfectis, viris nostri status fundatoribus sunt sapienter instituta: & magna esset irreuerentia, quæ tanti viri sanxerunt, aut superbè negligere, aut nulla existente causa calcare. Hæc parua spirituales viri, mundicia audi diligenter obleruant; & qui per eorum viam non incedit, nunquam ad magnam animi sanctitatem perueniet. Ac tandem in his paruis magnum quid ac excellens contemplatur, quod sine contemptu prætermissa, parum, aut fortassis nihil nocent, custodita vero valde proficiunt. Quia rerum minimum appositione magnum meriti pondus acquiritur. De qua re hæc sapienter dixit Basilius: Qui enim di-

*Greg. in  
ubi oral.  
supra.*

*Eccles. xi.  
34.  
n. 35.*

*Chrysost.  
hom. 23.  
in Genes.*

*Basil.*

A ligéter ex unaquaque re fructum decerpunt, iis, perinde ac magnis fluminibus, multæ omni ex patte accessiones fieri consuevère. Nam modicum modo apponere, non magis in argenti quam in cuiusque alterius scientia additione, ad amplitudinem valere existimandum est. ] Et fāc si magna non facimus, & parua despiciimus, quanam ratione spirituales diuitias mentis augebimus? Ne ergo contemnamus seruare parua, quosū labore, si non perfectorum præmia consequemur, saltem peccatorum ad Deum conuersorum mercede donabimur. Valeatq; ad hoc scita oratio Chrysostomi, qui sic ait: Vbi assurgere ad ordinem solis aut luna non datur, ne contemptus astrorum ceterorum, donec tantum virtutis de nobis præbuerimus, vt liceat incolere cœlum. Si non aurum, si non pretiosus lapis habebimur, ad argenti modum pertingentes, adhuc permaneamus in fundamento. Id unum cura sit, ne ad eam deflextamus materiam, quam ignis citio corrigit: deinde cum videamus egregia facinora superare captum nostrum, minora perficie, nihil pudeat. Reuicere enim parua, vbi magna confici qui non vales, extrema est dementia, quam omnibus modis effigiamus. Quemadmodum enim opes corporis accumulantur, cum amatores illarum ne minimum lucellum negligunt: sic spirituales diuitiae: Num ablutum apparet, quod index quoque frigidis poculi mercedem rependit? Atqui nos stolidiores, nisi magna benefacta possimus, minorum curam omnem abiiciimus. Minima qui non despicit, accurato studio vel maxima perficiet: qui vero illa fastidit, ab his interiori exciderit; quod ne contingat, libuit Christo pro illis mercedem amplissimam certò polliceri. ] Hæc ille. Ceterè pro operibus paruis magna & excellē præmia illæ daturus est. Et fortassis hoc indicant illa verba Salvatoris: Euge sexue bone & fidelis, quia super pauca fuisti fidelis, super multa te constituam, intra in gaudium Domini tui. ] Licet enim pauca illa, auctore Hieronymo, Beda, & Anselmo, temporalia significant, quæ comparatione æternorum exigunt, & propter fidem dispensationem illorum bona semper duratura mereamur: Etsi etiam secundum alios omnia, quæ agimus, & quæ patimur, sicut: nam iuuenies hæc si cum præmio conferantur, paucissima & nullius momenti sunt, iuxta illud: Non sunt condignæ passiones huius temporis ad futuram gloriam, quæ reuelabitur in nobis. ] At si Chrysostomum sequamur, qui talenti nomine quicquid facere possumus, intelligit: verè eriam parua, & modica pro Christi amore suscepta, sunt in talentis comprehensa, quæ à nobis non omisa, Domino grata sunt, & laudibus ab eo delatis prædicabuntur, & magnis præmiis affluentur. Nec mirum quod Dominus hæc exilia laudet, & præmet, qui sicut est superborum contemptor, ita est amator humilium: hec vero parua à viris magnis, & litteratis, & in virtute prouectis sincere præfati, apertum est humiliatis indicium. Superbi, & qui ambulant in magnis, & in mirabilibus super se, hæc parua disciplina religiose despiciant, & se fractores disciplinæ protestentur, vt à Domino rideantur. At humiles modestique religiose ea suscipiant, & opere compleant, vt sapientes & Deo grati prædidentur. Sciant namque illi, & experienti compierunt, se à Domino in minimis, quæ postulant, exaudiri, & non solum magna virtutis merita, sed & puerilia quædam, quæ desiderant, vt tentati voulæ abscessum, doloris aliquius leuamen, aduentum amici, quo iuuantur, & alia similia concedi. Et vt vicem tam benigno patri rependant, licet illi iam sint virtute perfecti, curant in minimis

*Chrysost.  
epist. 5.  
ad Theodo-  
r. la-  
tum, To.  
5.*

*Matth.  
25, 23.  
Hier. Be-  
da, As.  
ibid.*

*Rom. 8.  
18.  
Chrysost.  
hom. 18.  
in Matth.*

*Domi*

Dominum exaudire, & voluntatem eius non solum in magnis, verum & in paruis explorare. Petet namque ille à nobis hæc parua, vt splendorem statutus nostri seruemus, vt tyronibus, & adolescentibus exemplo prælucemus, & vt ad magna virtutis fastigia admittantur, dum his minimis pœ humilitate nos indigere profitemur.

*Quis modus in Regula obseruatione tenendum.*

C A P V T X.

**S**I hæc, quæ de regula custodia dicta sunt, seriò apud nos expendimus, & attentamente considerauimus, facile erit intelligere, quem modum in regula seruanda tenere debeamus. Nam si custodia regulae, ac institutionum religiosarum, nihil aliud est, quam omnium exercitatio virtutum, si ea veram mentis pacem omnium bonorum amabilissimum assequimur, & misericordiarum Dei capaces efficiamur, quis non intelligat, regulam, ac institutiones istas perutilem esse diligenter seruantas? Certe extraordinaria cura ac sollicitudine seruande sunt, ac ea diligentia, quam ipse exigunt, eaq; perfectione, quam ipsa præscribunt omnimodis adimplenda. Nihil est in vita religiosa, cuius perfectio, non, regula dictante, monstretur. Ipsa docet quomodo orandum sit, & quomodo in piis ac salutares actiones incumbendum: ipsa exponit, quid in rebus fetiis, & quid in ludicris, ac animi remittendi gratia suscepimus agendum: actandum prescribit, quid sit cum Deo, quid cū proximis, & quid cū nobismetipsum obseruandum. Res tanta non perfundatur, non tepide, non indiligenter impleatur, sed intentè, seruide, diligenterque serueretur. Ea namq; ex quibus aut substantia mundialis, aut honos, aut temporalis vita dependet, diligentissime exequimur: quidni ex præscripto regula iussa diligenter exequimur? In his enim est animæ nostra substantia, quæ non nummis, sed virtutibus, sed pace, sed Dei misericordiæ accrescit: in his verus & solidus honor, quem executioni mandata virtus acquirit: in his vita in æternum duratura, quam minime possidebit qui præcepera sibi imposita violauerit; qui vero minora frangerit, quæ leuia peccata continent, eam nonnisi per ignem, & cruciatum, & ardorem acquireret.

Dent. 6.  
6.7.8.

Sed hunc modum in regula seruandum tenendum sigillatim exponimus, quem in Deuteronomio descriptum aspicio, dum quæ de diuinis præceptis ferta sunt, ad regula obseruationem extendo. Erunt, inquit, verba hæc, quæ ego præcipio tibi hodie, in corde tuo, & narrabis ea filiis tuis, & meditaberis in eis, sedens in domo tua, & ambulans in itinere, dormiens, atque consurgens. Et ligabis ea quasi signum in manu tua, eruntque & monebuntur inter oculos tuos, scribēsq; ea in limine & ostiis domis tuae. ] Nihil aliud desiderari potest ad diuinam voluntatem implandam, quam id, quid ipsa diuina voluntas à nobis exigit, quæ si compleuerimus, fidelissimi erimus diuinorum verborum obseruatorum. Octo autem sunt, si attentè hæc verba penfentur, quæ à viris iustis exiguntur, vt Dominii sui iussa perficiant, quæ nos exponeamus, vt ipsi iusti legentes, que ex ore tantè magistri diciderint, actione prestatæ contendant. Primum & caput omnium est: Eruntque verba, quæ ego præcipio tibi hodie, in corde tuo. Attendum est quis præcipiat, & quando præcipiat, vt hæc duo tanquam duo funes validissimi nos ad honestè vivendum trahat. Quis præcipit? Deus. Quando præcipit? In die huius vitæ,

A quæ nobis ad diripiendum cœlorū regnum data est. Si magistrorum, aut parentum, aut Prælatorum, aut regum monita suscipimus, quanto magis verba illius suscipienda sunt, qui magister est salutis, qui parent est vita, qui Dominus est vniuersorum, qui rex est cœli & terræ, cuius dicta si contemnamus, magistri, & patris, & Domini, & regis vniuersorum dicta contemnimus? Huius vero vitæ dies brevis est, & ad expugnandum cœlum felicitatemque lucrandum, quare necesse est non morari, neque in re tanti momenti pigescere.

B Verba ergo Dei, nobis ad perfectionem assequendā exposita, habeamus in corde, id est, magna reverentia suscipiamus, pretiosissima existemus, & magno amore amplecti curremus. Hoc enim esse habere aliquid in corde, docet Paulus ad Philippienses scribens: Eo quid habeam vos in corde, & in vinculis meis. ] Diligo vos, inquit, non verbo & lingua, sed opere & veritate in corde meo tanquam charissima pignora gesto, & vinculorum meorum compassione socios habere delecto. Sit ergo regula in codice, sit in ore, id non prohibeo, sed multo magis sit in corde. Estimemus illam, tenerimē diligamus illam, non onus, sed honorem, non iugum importabile, sed libertatem eius custodiā reputemus. Sponsa sponsō suo inter vbera, vbi sedes est cordis, locum dare decernit. Fasciculus myrræ, dilectus meus mihi, inter vbera mea commorabitur. ] Meditabar nunc (& aliorū sensibus non praiejudico) sponsum myrræ fasciculo coparati, quoniam eius voluntas multa à nobis exigit, vna regula tanquam uno fasciculo comprehensa, sensu quidē carnis amara, sed mētis affectu suavia, quæ a putredine vitorum liberant. Hic ergo fasciculus inter vbera commoretur, & in præcodiis locum inueniat. Ibi virgines preciosiora & chariora reconducent, ibi iusta anima mandata perfectionis abscondat. Castra virginis vbera inaccessibilia sunt, nulli, nisi sponse, cui dicitur: Tibi dabo vbera mea, ea manu tangere, aut oculis videre permititur. ] Ibi regula commoretur, vbi alienus non accedat, vbi dæmonis peruersio nullam ei iniuriam inferat. Cor alienis curis vacuetur, & sollicitudinibus huius seculi detergatur, vt hanc curam summè sibi ne cessariam assumat. Nam vt agrotus ex graui & periculoſa inualitudine conualeſcat, opus est vt medicus sedulo ac diligenter causas morbi disquirat, & congrua medicamenta applicet: opus etiam est vt ipse agrotus, non minori sollicitudine medicamenta accipere, & molestias curationis sustinere curet. Quia cura medici cum incuria agroti parum, aut nihil ad sanitatem comparandam conferat. Et nos cùm essemus in seculo, quasi agroti desperati, non carne, sed (quod grauius est) mente, in vitam religiosam, vt in valetudinarium nos recipimus, ne æternam mortem incurreremus. Medicus agrotionum nostratum est Christus, qui sollicita cura saluti animarū intendit. Cuius typus fuit ille Samaritanus, qui misericordia mortis eius qui inciderat in latrones, curam illius egit: & stabulatio, nempe Prælato, curam illius habere præcepit. Vnde Ambrosius: Hic Samaritanus descendens quis est? Nisi qui descendit de celo Filius hominis, qui est in celo? Hic videns semiuum, quem nemo poterat antea curare, sicut illam, quæ fluxu sanguinis profluens in medicos erogauerat omne patrimonium suum, venit fecus eum, hoc est, factus cōpassionis nostræ suscepimus vicinus. Et post pauca. Curam illius egit, ne æger ea, quæ accepérat, ne aquam præcepta seruaret. ] Sed præter curam medici, opus est vt & nos medicamenta ab eo proposita, quæ sūt regulæ præcepta sumamus, & quæ ipse præscriperit, seruare curremus.

Phil. 1.7.

Cant. 1.  
13.

Can. t. 7  
12.

Luke 10.  
34.

Ambre. li.  
7. in Lu-  
cas ad  
eundem  
locum.

Sint ergo, ô religiose, verba hæc Domini in corde tuo, & ea magna sollicitudine custodienda suscipito, quia iniuriam illis facis, si tanti momenti documentis oscitarer intendis.

Nec solum hoc: sed & narrabis ea filii tuis. Illos esse tuos filios intelliges, qui post te viam perfectio-  
nis ingressi, tamen fuetunt institutum amplexi. His non tam verbo, quām opere regulæ præcepta nar-  
bis; eos vitæ tuæ exemplo quomodo sint seruanda docebis; & quemadmodum à maioribus acceptisti,  
ipsa pura & illibata posteris trades. Non fracta, non  
laxata, non male interpretata, sed sicut à sanctissimo  
fundatore data & obseruata sunt, integra, pura, &  
simpliciter intellecta relinques. Curandumque tibi  
est, ut religio, & disciplina nunquam senescat,  
sed semper pulchra, robusta, & tanquam in iuuen-  
ili ætate perficit. Ita sanè, ut nunc post multos annos, immò & post multas annorum myriadas dicatur de ea, quod scriptum est in Osea: Et canet ibi  
iuxta dies iuuentutis suæ, & iuxta dies ascensionis  
suæ de terra Ægypti.] Vel (iuxta interpretationes  
aliorum, quas Hieronymus refert) humiliabitur, vel  
affligetur, vel obediens ibi, nempe in solitudine, ad  
quam vocata est, secundum dies iuuentutis suæ.  
Nempe ut sicut in exordio fundationis suæ, status  
nostræ cultores scipio Deo humiliarunt, corporis  
ac carnis impetus fregerunt, Prælati paruerunt, &  
aduersariis insultantes, victoria carmina decanta-  
runt; ita & posteri nostri (quod ad nos attinet, &  
si nos imitentur) eodem modo ac illi priores se de-  
iciant, mortificent, & obedian, & carmina victo-  
riæ decantent. Certe inter rem datam, & rem com-  
modato acceptam hoc disertim intercedit, quod  
rem datam nobis tanquam rem nostram possumus  
deteriorem efficere, destruere, pessundare, & in ster-  
quilinum proiecere: at rem commodatam, integrum,  
& eo modo ac eam accepimus, commodanti de-  
bemus tradere. Regula autem quid est? Nonne  
tanquam vestis commoda, qua operiamur? Nonne  
velut ensis commodato acceptus, quo ab hostibus  
defendamus? Non igitur licet nobis eam dilapidare,  
sed Deo, qui eam commodavit, in successoribus no-  
stris integrum & inuiolatam restituere. Sic pecuniam  
Domino multiplicatam reddemus, quia dum regu-  
lam pecunia signatam integrum posteris tradimus,  
non exigua meritorum augmenta, quæ gloriam illi,  
nobis autem utilitatem afferant, in thesauros eius re-  
condimus. Sic in crepitationem illius effugiemus, qui  
audiuit: Quare non dedisti pecuniam meam ad  
mensam, ut ego veniens cum vñis vñique exegisset  
illam?] Nam & regulam inuiolatam reddimus, &  
cum vñis meritorum eam Domino consecramus.  
Nec illa lege Deuteronomij tuam, ô homo, negligē-  
tiam excuses, qua dictum est: Fratri tuo absq; vñra  
id que indiget, commodabis.] Nam Christus frater  
tuus est, Dominus supremus, qui suis legibus non te-  
netur, & sicut temporalia gratis omnino donat; ita ex  
spiritualibus donis vñras bonarum actionum no-  
strarum libenter acceptat. Mos reipublicæ est iustis  
legibus approbat, ut sponsa in domum sponsi do-  
rem adducat, cámq; illi tradat, ut toto coniugij tem-  
pore sponsam sustéret, & onera status suscepti ferat.  
Sed cum vinculum coniugij morte sponsi dissoluitur,  
& tota integræ dos spōla, cuius erat, restituitur, quam  
dotem si maritus dissipauit, aut aliquantulum at-  
enuauit ex bonis suis, damnum sponsæ illatū cogitur  
resarcere. Religio autem, ô religiose vir, & mater &  
sponsa tua est: mater, quia te genuit; & sponsa, quia se  
tibi indissolubili amore copulauit; & ad procreandos  
meritorum filios adiunxit. Dos huius nobilis sponsæ

A | ditissima, non est alia, quām regula, quā dum nos in  
suam domum admittit, in manibus tradit, ut eam ne-  
gotiationi exponētes, id est, actione complētes, spon-  
sam sustēremus, (que sine custodia regule peribit) &  
status nostri onera sustineamus. Hanc dōcē, tu, cū  
ex præsentī vita excesseris, integrum in subfidiū spon-  
sa intactam que relinquio, ne si eam dissipaueris, &  
minimè resarcire volueris, terribilibus ignibus tor-  
quearis. Immó & sit in te tam ardens in amabilem  
& pulchram sponsam amor, ut zelo diuinæ glorie &  
tuæ perfectionis incitatus, illi dotem suam non solum  
integrum, sed & auctam & multiplicatam coneris  
reddere. Id fecit & Salomon in hac re, quæ ad con-  
iungem, filiam Pharaonis, pertinebat, scipio pruden-  
tior: qui cū Gazer ciuitatem igni succensam acce-  
pisset in eam, edificauit, ut sponsa dotem non  
diramat, sed optimè constructam & muris cinctam  
possideret. O facinus rege dignum, quod tu imitaberis,  
si dotem, id est, religiose regulam aliquatenus à  
repidis labefactatam restaurare, & ad præstinentium ni-  
torem renocare nitaris. Si melius & perfectius quām  
alij paupertatum, cœtitatem, obedientiam, contem-  
ptum fæculi, & alia ad regularem statum pertinentia  
seruaueris, ciuitatem Gazer (quæ interpretatur præ-  
cilio) ædifices, dotem auges, quæ te à confortio ma-  
lorum abscondit. Post mortem tuam lugebit te reli-  
gio, sponsa tua, & non sine lacrymis tui memoriam  
habebit, quod fidelem sponsum, & sui honoris zela-  
torem amiserit. Hoc est regulam filii narrare, eam,  
sicut nobis tradita est, illibata relinquere.

C | Hoc autem desiderium regulam perfectissimè ob-  
seruandi succedes, si quod sequitur exequaris: Et meditaberis in eis, sedens in domo tua. Meditatione regu-  
læ & non quancunq; sed attentâ, sed ex professo  
assumptam, sed per multis tempus durante hæc ver-  
ba depositum. Quæ longa sunt, & multum momenti  
ac multum laboris habent, solemus non stantes, sed  
sedentes perficere. Regula vero obseruatio res lôga  
est, quæ adolescentes incipiunt, virti perseguimur,  
& senes, atq; in decrepita ætate constituti, non præ-  
termittimus. Res etiā operosa est, quæ in nobis quic-  
quid Deo ingratū est, etiā, & affectus nostros mo-  
ræque componit: non ergo cursim & festinanter le-  
genda est, sed diligenter & seriò meditanda. Hæc le-  
gem Dci continet exquisitus quām fæcularibus pro-  
positam, & perfectius explicatam, & vñq; ad eorum,  
quæ in cõflio sunt, obleruationem assumptam: quid  
mirum si à nobis eius intentissima meditatio posca-  
tur? Huiusmodi certè meditatio Dei misericordiam  
promeretur, quod cognoscens David ait: Veniant  
mihi miserationes tuæ, & viuam: quia lex tua, medi-  
tatio mea est.] Nec putandum est, illum, ob aridam  
& celerem meditationem legis, diuinam miserationem  
populisse, sed ob illam, quæ ita sapienter diuinam  
voluntatem considerat, ut ad eam amplecten-  
dā & opere complendā inducat. Ad quod confirmā-  
dum pulchre dixit Augustinus: Hæc meditatio ni-  
fi esset in fide, quæ per dilectionem operatur, nun-  
quam propter eam posset illam vitam quisquam  
peruenire. Hoc dicendū putauit, ne quisquā, cū tota  
legē memorię mandauerit, cámq; creberimæ recor-  
datione cantauerit, nō tacens quod præcepit, nec tam  
vñus ut præcepit, arbitriter se fecisse quod legit,  
quia lex tua, meditatio mea est, & hinc se adeptum  
existimet, quod verbis superioribus propter hoc me-  
ritū postulauit, ubi dictū est: Veniat super me miser-  
erationes tuæ, & viuam.] Hæc meditatio amantis est  
cogitatio, & tantū amantis, ut charitas non frigescat  
huius meditationis suæ, quātlibet abundantia cõti-  
petur iniquitatis alienæ.] Tu ergo, ô iuste, meditaberis  
hanc

Osea 2.

15.

Luce 19.

23.

Deut. 23.

20.

3. Reg. 9.  
17.

P. 118.  
77.

Aug. ib.  
ser. 19.

hanc legem Dei tui, sedens in domo tua; id est, intrator tuum quiete manens, & suauiter requiescens, ut eam usque ad opus praestandum intelligas. Meditaberis eam ut iudex, qui te etiam temetipsos statues, & regulam manu mentis tenens, an eam custodias, an vero trahis grediatis, expenderes. Si te fidelem inuenieris, Dei donum agnoscere, & pro eo gratias ages, & peruerantiam postulabis: si autem minus fidelem, & transgressorem repereris, culpam cum geminibus confiteberis, & de cetero te emendare curabis. Meditaberis eam ut seruus, qui regulam pro epistolis tui domini receperisti, quibus quid a te exigit patenter ostendit. Causa ne aliquid faciendum omittas, & ne aliquid vitandum admittas, ut cum venerit, & pulsauerit, te vigilanter & operantem inueniens, in tabernacula aeterna recipiat. Huic meditationi optimè congruit, ut nos ad opera, quae regula praecepit, praestanta compellat. Vnde Ambrosius illud regi variis interpretans: Et meditarib in mandatis tuis, quae dilexi nimis; haec ait: Pulcherrimus iste ordo, ut primo meditemur, & eorum praecitorum, quae diligimus, sit nobis assueta meditatio. Meditatione enim mandatorum coelestium operis boni usus inolebit. Nam sicut meditationi verborum, finis memoria est, ut, quae meditamus verba, teneamus: sic meditationis praecitorum coelestium intentio, vel finis operis est, actusque directus ad implenda precepta diuina: quae nisi quis diligat, implore non poterit, nec solùm diligat, sed etiam nimis diligat. Ideo prius posuit: Et meditarib in praeciptis tuis, quae dilexi nimis. Et subiecit: Et leuata manus meas ad praecpta tua, que dilexi nimis. Post meditationem etenim bonum est, leuata actus nostros ad praecpta Dei, atque id facere cum charitate & gaudio, ut non ex necessitate sit bonum nostrum: non cum mortore, atque mortalitia sed voluntarium, quia seruus inuitus facit, amicus voluntarius.]

Merito ergo post hanc attentam meditationem, quae operis initium est, sedula operatio illis verbis: Et ambulans in itinere, a nobis exigitur. Quid enim est ambulantes mandata Domini meditari, nisi ea in itinere huius vita complere? Sedentes quidem in domo nostra meditamus, cum mente agenda & vitanada consideramus, & vita nostra acta disponimus: ambulantes vero meditationi insitimus, cum gressus, id est, actus nostros consideratione ditigimus, & iuxta ea, quae mente propo sumus, exercemus. De hac meditatione loquutus videtur Salomon, dicens: Os justi meditatur obedientiam, os impiorum abundat malis. Ille cogitat quomodo obediatur, isti quomodo praeciptis resistunt, & sua peccata excusationibus defendant. Ille meditatione vtitur, non ut curiosè sciat, non ut superbè alios edocat, sed vt bona, quae meditatus est, faciat: isti meditationi vacant, ut colore aliquo suas iniurias obducant, & se intaminatos ostendant. Ad eandem horratur sanctus David: Lingua mea, inquit, meditabitur iustitiam tuam, tota die laudem tuar. Nihil enim est aliud tota die iustitiam Domini meditari, & laude Dei nunquam cessare, nisi meditata & considerata perficer. In quem sensum Augustinus: Tota die Deum laudare quis durat? Suggero remedium, vnde tota die laudes Deum, si vis. Quicquid egeris, bene age, & laudasti Deum. Quando canras hymnum, laudas Deum. Lingua tua quid agit, nisi laudet conscientia tua? Et quoties tu celsasti ab hymno cantando, discedis, ut rehicaris; noli inebriari, & laudasti Deum. Discedis ut dormias; noli surgere ad male faciendum, & laudasti Deum. Negotia agis: noli fraudem facere, & laudasti Deum. Agrum colis: noli item mouere, & laudasti Deum.

Jacobi Alvarez operum tom. 2.

A In innocentia oportum tuorum præpara te ad iaudandum Deum tota dic. Hac optimè Augustinus: Sed Spiritus sanctus per os Ecclesiastici hanc meditationem legis Dei ad opus mouens longioribus verbis, sed similibus pulcherrimis in hunc modum expressit: Beatus vir, qui in sapientia morabitur, & qui in iustitia meditabitur ( qui scilicet res iustitiae & sapientie considerat, ) & in sensu cogitabile circumspetionem Dei: ] quomodo nempe Deus omnia circumspicit, & oculus suis occulta quaque perlustrat. Beatus vir; qui excoigit dies illius, ( scilicet sapientia ) in corde suo, & in absconditis suis, ac in penetralibus cordis, intelligens, vadens post illam quasi inuestigator, & in viis illius consistens: qui respicit per fenestras illius, & in ianuis illius audiens. Hac omnia adiumentationem veritatis & meditationem legis Dei pertinent. Sed audi quem ista meditatio sit finem habitura. Beatus vir, qui requiescit iuxta dominum illius: ] Et quid est iuxta dominum sapientie requiescere, nisi vitam agere, sapientum vitæ similem, ac praeciptis sapientiae conformem? Etenim parietibus figens palum: ] quid autem est in parietibus domus sapientiae paxillum figere, ex quo tabernaculum nos protegens dependeat, nisi nocturnum refugium ac protectionem, non in favore hominum; sed in bonis operibus collocate? Statuer casulam suam ad manus illius, & requiescent in casula illius bona per ævum. ] Et quid est casulam, aut humile tabernaculum in manibus sapientiae ponere, nisi nos totos eius gubernacionis & directionis committere? Qui haec omnia præstiterit, ambulansque in itinere huius vitæ, iussa Dei ad recte agendum meditationis fecit, in corde suo bona coelestia per aeternitatem possidebit.

D Qualis vero esse debeat ista regule observationis, sequentia verba demonstrant: Dormiens, atque consurgens: haec, inquam, vigilans & dormiens meditaberis, numquamque ab eorum consideratione diuelli patieris. Quibus ardens studium bene operandi, & secundum datum nobis regulam vivendi, præscribitur. Nam quae vigilantes, mente voluimus, & dormientes sompniamus, ea ardenter diligimus, & solicitissime in eorum curam incumbimus. Sic sic debemus Domini voluntatem implere, quia magnus est Dominus, & magna semper in nos beneficia congerit, vnde magna cura, & ardentis solicitudine est a nobis eius mandatum explendum. Quod Chrysostomus a nobis exigi autum in illis verbis Davidis: Beatus vir qui timet Dominum, in mandatis eius volet nimir. Vbi ita ait: Hoc autem dixit, exigen exactam vitæ institutionem, & animam amore sapientiae prædicat. Non dixit, Mandata eius facit, sed, Volat, aliquid amplius requiriens. Quidnam autem hoc est? Ea facere cum studio, & animi lacritate: esse vehementes coram amatores: iussa etiam persequi, amare ea non propter mercedem, quae est pro ipsiis proposita, sed propter eum, qui illa statuit, virtutem cum voluptate persequi, non propter metum gehennæ, nec propter minas supplicij, nec propter promissionem regni, sed propter eum, qui legestulit. Et paulo infra, expounens illud Pauli: Sicut exhibitis membra vestra seruire iniurati ad iniuriam, ita exhibete membra vestra seruire iustitiam in sanctificationem: Haec ait: Qui meritricis iraque amore captus est, etiam si afficiatur probro & contumelia, etiam si verberetur, etiam si se turpiter & indecorè gerat, etiam si expellatur a patria, etiam si bonis paternis evertatur,

Ecc. 14.  
22.  
ib. n. 23.  
24.

ib. n. 25.

Pf. 111.  
1.  
Chrys.  
1. in  
Pf. 111.

De R.  
Tom

895

De adēptione Virtutum,

896

Eccles. 30.  
28.

Quod si illa cum voluptate suscipiunt, quomodo non multo magis Dei præcepta, qua sunt salutaria, & gloria plena, & magna nobis præbent Philosophiam, & animam meliorem efficiunt, oportet cum magna voluptate suscipere, & nihil esse difficile in eis existimare? Hoc est indicium fidelis animæ, voluptatem ex mandatorum Dei obseruatione capere, & nihil aliud in rebus omnibus, quam legis custodiā respicere. Quæ sollicitæ cultitatem, mirum est quam cito hominem muret, ex carnali spiritualem faciat, ex imperfecto perfectum, & ad magnam puritatem prouehat. Splendidum enim cor, ait Ecclesiastus, bonum in epulis est repulæ enim illius diligenter sunt. Splendidum cor, id est, latum, & gaudio ac exultatione perfusum, nullum aliud intelligo, nisi cor viri iusti, quod nulla tristitia ex mortisibus conscientie dimanantes inquietant. Epulæ illius non sunt aliae, quam bona opera, sibi impositæ legi cōformia. Cum autem haec diligenter parantur, & ardenter assumentur, bonum est cor & iucundum, non infirmitate marcer, sed sanctitatem pingueat. Scito ergo, ô homo, quia cibos corporis nimis ardentes sumere vitium est; cibos vero animæ ardenter accipere, perfeccio est. Nam qui audite, quasi famem patientes, hunc cibum virtutis comedunt, Deo faciente saturantur. Denique [famelici saturati sunt,] qui vero cum fastidio & naulea comedunt, modicum emolumenntum ex sua occupatione suscipiunt.

Estne amplius, quod in hac regulari obseruatione expectari possit? Est quidem & admodum necessarium, ne inlargientibus impedimentis teneamur. Et ligabis ea, inquit, quia signum in manu tua: ut nempe præcepta regulæ quasi signum honoris in manu tua deferas, & sicut mundani honores suos, ita & tu obseruationem voluntatis Dei fortiter apprehendas. Quam libenter reges scriptorum regni, & iudees virgin Censoriam manu gestant! quia eximium in populis ex illa honorem reportant. Sic custodiā regulæ honorificam putat, & in manibus ac operibus apud omnes habere, gloria dignum reputa. Quod ilà repidis & dyscolis exactam, & nunquam intermissam obseruationem damneris, ride eos ut infans, sicut rex, aut iudex illos infans putaret, qui eum ob signum honoris aut potestatis contemnerent. Aut potius compatere illis, quia via stulti recta in oculis eius, cum tamē obliqua sit, & longè ab æquitate discedat. Aulus, regi familiaris, in eo iuum honorem constituit, quod à rege diligatur, & ad negotia tractanda vocetur. Vocab eum rex per nuncium suum, & statim exili de accubitu suo, & contempto prandio, si ad mensam sedebat; aut medicamento posthabito, si illo fortassis indigebat; aut amico insularato, si cum illo negotia tractabat, diligenter accurrit, ut regi, cui addicetus est, obsequatur, & in nulla occasione honore agendi cum rege priuetur. O Christe Rex regum, & Domine dominantium, cur in alio, quam in obsequio tuo honorem nostrum & gloriam collocamus? Vocas nos saepe ad colloquium tuum; vocas ad orationis, vel cuiusvis exercitationis studium, regulæ decreto præscriptum; vocas, non ut oneres, sed ut relieves, non ut spolies, sed ut perficias, & dites: nos autem infani cunctamur, & respectu vani hominis, cum quo de rebus vanis loquebamur, tibi obediens negligimus. Ita nos habemus, ac si esset honor, cum mundanis agere, & ignominia, ad tuum imperium accurrere. Tibi obtemperare eru-

1. Reg. 2.  
5.

Proph. 12.  
15.

A bescimus, iusta tua dissimilanter præterire, & quod ducimus, ac si infamia notam afterret in rebus nostri status & professionis occupari. Nec illam vocem tuam pertimescimus: Nam qui me erubuerit & meos sermones, hunc Filius hominis erubescer, cum venerit in maiestate sua, & Pater, & sanctorum Angelorum.] Fidelis ille Abraham patet gentium, ex quo carnem accipere voluit, auditio circumcisionis mandato, statim ipsa die seipsum, Iosaclem filium suum, & omnes vermaculos domus fugi, vniuersosque quos emerat, & cunctos marces ex omnibus viris domus sue patiter circumcidit. Quia signum honoris non erat differentium, nec præceptum tuum, Domine, protelandum. Nos vero è contra facimus, & tua iusta operi mandare differimus, ut minus fideles & ingratii repeuiamur. Lignum ergo verba Dei quasi signum in manu nostra, eorum obseruatione ut rem honore dignissimam habeamus in opere, quia nihil ita nos exaltat, & magnificat, ac Deo celeriter obedire, & in his, quæ nobis in iunxit, nō negligere, sed sollicitos & faciles inueniri.

B Et quid aliud ad exactam regularum obseruationem requiritur? Eruntque, ait, & mouebuntur inter oculos tuos. Hic prudentia & discretionis admonemur, ut scilicet omnia, quæ facti sumus, regulis & maiorum institutionibus metiamur. Qui enim obtuti sunt viuis, instruimurque habent oculorum aciem, specillis virtutis, quibus proposita valent aspicere. Nos autem oculos mentis habemus obtusos, & ad cognoscendam virtutis doctrinam infirmos, & regulæ, pro conficiiliis, seu virtutis oculis, date sunt, quorum adiumento notcamus, quid nobis faciendum sit, quidque vitandum. Sint ergo semper ante oculos nostros, ut quod lumine regulæ bonum fuerit indicatum atque perfectum, neconstatu nostro consonum, id admittamus, quod vero malum apparuerit, aut ab statu nostro alienum, illuc constanter deterrimus. Qui ocularibus trahunt, nihil, quod aliquis momentum sit, sine huicmodi specillis operantur, aut vident: sic & nos, quibus tantum sensu grandioris regulæ pro specillis dare sunt, nihil sine prævia lege operemur, nihil sine eius adiumento & consentiu faciendum suscipiamus. Omnia ergo regulæ merenda sunt, omnia ad eius lucem examinanda. Meritoque in illo calamo mensura signata videtur, quem Ezechiel in manu Angeli, Deo reuelante, consperxerat, quóque vniuersitas templi partes metiebatur. Quis enim Angelus, nisi vir iustus, terrestris Angelus, Angelus sapientia lumine, obedientia promptitudine, vita puritate? Hunc profectò Angelum decet semper habere in manu mensuram regulæ, qua omnes actiones suas expendat, ex quibus propriæ perfectionis templum, in quo Deus habitat, est adiscandum. Hac, quæ Scripturæ sacrae præcepta continet, appetè intelligit, ut verba Gregorij adducamus, quantum in spirituali virtute proficit, vel quantum à bonis, quæ præcepta sunt, longe disiunctus remansit; quantum iam affliger ad bona facienda, quantum adhuc in prauis actibus prostratus iaceat.] Ista regula, ista mensura, non solum ante oculos sit, sed & inter oculos moueat, ut inter oculum carnalia sapientem, & oculum cognoscientem coelestia, discernat. Nam & est in nobis oculus prudentia carnis, qui mundana respicit, & omnia statuta religiosa in favorem carnis interpretatur: & est oculus prudentia spiritus, qui solam veritatem & disciplinæ integratem tuerit. Sint ergo, & moueantur præcepta regulæ inter hos duos oculos, ita ut aduersus il-

C

D

E

Eccl. 40.3.

Gregor. hom. 13. in Ezech. post modum.

Iam

*Isaia 29.  
14.  
1. Cor. I.  
19.*

lum pugnant, istum defendant: illum improbent, istum approbent: ab illo censuram iudicandi, quid exequendum sit, admant, isti concedant. Ut illud impleamus, quod in Isaia scriptum est, & a Paulo paucis immutatis adductum: Perdam sapientiam sapientum, & prudentiam prudentium reprobabo.] Sic enim secundum regulam simpliciter intellectam viuentes, falsam sapientiam carnalium hominum, & indoctam prudentiam mundi daminamus: & vera sapientia Dei ac prudentia spiritus subdimur.

Postremo loco, perseverantia admonemur illis verbis: Scribere ea in limine, & ostiis domus tuae.] Sed quomodo hic perseverantia significetur, excipe. Verba per aera feruntur, & statim ac prolixa sunt euangelica: sensus vero nostri, qui litteris scribuntur, longo tempore spacio perdurant. Adhuc eorum, quae litteris explicata sunt, quedam in papiro, sive membrana scribuntur, quedam lapidibus inciduntur & in dura materia, quae facile rumpi, aut destrui non possit, exarantur, nec dubium est, quin haec longissimo tempore perseverent. Postes autem, ac limina domus lapidea, aut lateritia esse solent, ostia vero lignea & ferrea: quid ergo erit, mandata Domini in limine & ostiis scribere, nisi ab eorum obseruatione constanter vsque ad mortem perdurare? Immò & alia ratione hic perseverantia mandatur. Nam limen & ostium est, quo domum ad habitandum intramus, & domo ad vicos & plateas cinitatis egredimur, unde ingressum & egrellum, principium ac finem vitæ designat. Quid igitur erit, verba Dei in limine & ostiis scribere, nisi ab eorum obseruatione conuersiōnem nostram incipere, & eam usque ad egrellum ex hac vita protelare? In quo non pauci taxamur, qui post aliquot vitæ religiosæ annos elapsos priuilegia & exemptiones quærimus, & iugum obliterantia leue sine vigenti causa derelinquimus. Sed usque ad finem vitæ perseverandum esset, & nequaquam à cruce discedendum, ut Christi imitatores, qui nunquam in animum induxit à cruce descendere, ac eius milites prouuntiemur. Certè peccatores sunt pluti, qui ad extreum usque spiritum in eodem tenore peccatorum perseverant, aut quo magis ad mortem appropinquant, feruentius peccant: qui & in lapidibus, & in duriori materia peccata sua scribunt, iuxta illud, quod legimus in Ieremias: Peccatum Iuda scriptum est stylo ferreo, in vngue adamantino, exaratum super latitudinem cordis eorum, & in cornibus ararum eorum.] Vbi vnguis adamatinus, & cornua ararum lapidearum, cor durum est, quod indelebiliter peccata suscipit, nec punitione castigatum, nec beneficis affectum, à peccato discedit. Sint ergo iusti plurimi, qui studiosa opera quasi stylo ferreo in vngue adamantino scribant, & lapidibus insculpant, vt nullis temporis iniuriis deleantur. Sic voluit sanctus Iob sermones suos, id est, innocentia & patientia opera, in perpetuum scribi, vt sicut ipse [iustificationem, quam cœpit tenere, nunquam deseruit,] ita eius memoria nullo tempore ab hominibus deferatur. Quis mihi tribuat, inquit, vt scribantur sermones mei? Quis nichil der vt exarentur in libro stylo ferreo, & plumbi lamina, vel celte, (id est, celo, quo artifices lapides scalpunt) sculpantur in silice?] Sanctum desiderium, & a Deo cordi Iobi immisum, ab ipso Deo impletum est, & in scriptura sua, qua supra omnes plumbi laminas & durissimas felices perdurabit, huius sancti vii i voluit actiones passionisque conscribi.

A Ex quo iusti dicant quod si in virtutis actionibus perseverauerint, adhuc in libro, qui amplius duret, quia post finem mundi per æternitatem persistabit, nempe in libro vita, conscribentur. Non igitur, o homo, ventileste in omnem ventum, & non eas in omnem viam: sic enim omnis peccator probatur in duplice lingua.] Ne cuius occasioni te accommodes, & nunc moribus secularis, nunc religiosus videaris. Né idioma mutes (quod proprium iniquorum est) & nunc veritatem, postea vero vanitatem collaudes.

*Ecccl. 5.  
11.*

Sed esto firmus in via Domini, & in veritate sensu tui, & scientia, & professu te verbū pacis, & iustitiae.] Scribe verba Domini in limine, & in ostiis domus tuae: & sicut vitam religiosam attiriens distictam assumpti disciplinæ censuram: ita ab ea ad meliorem vitam extens eandem disciplinam proferter non definis. Præmium namque, non incipientibus, sed perseveratibus, promissum est. Nam & ista verba sunt Pauli: Itaque fratres mei dilecti, stabiles etote & immobiles: abundantes in opere Domini semper: scientes quod labor vester non est inanis in Domino. Quod autem apud Deum inane non est, absque dubio plenum miserationum est.

*I. Cor. 15.  
52.*

Documenta ergo regule, ac professionis nostræ, ardenter sunt amanda, fideliter conseruanda, attentè meditanda, integre ardenterque complenda, pro magno honore habenda, & in regulam vitæ accipienda, & usque ad finem vitæ custodienda. Et virgamus nosmetiplos, ne si à perfectione exciderimus, perdamus, quae operati sumus, sed potius perseverantes mercedem plenam accipiamus.

### Quæ iuuent ad seruandam Regulam.

#### CAPUT XI.

*V*ESTIMENTA regulae tanti momenti est ad virtutes inferendas, ut ne cesset sit in rem tam vili adhuc tantisper immorari, & præter ea quæ dicta sunt, aliqua documenta, quæ facilius hanc obseruantiam reddant, brevi sermone praescribere. Res enim magna non facilis negotio sunt, nisi aptis mediis prouehantur. Et disticta custodia disciplinæ res magna & operosa est, quam multi diligenter attiriunt, sed non multi sine intermissione usque ad finem vitæ suscipiunt. Nunc igitur videamus, & ad numerum nonnulla documenta reuocemus, quæ valeant nos in re tanta iuuare.

Regulam professionis vitæ frequenter legas, & quia antea sepe tibi perspecta fuit, non propterea eam euoluere iterum atque iterum prætermittas. Aliciuius artis peritus, si eam diligenter exerceat, nunc omnia eius artis instrumenta, nunc ista, nunc illa attentè perlustrat, ne, cum opus fuerit ad usum adducere, ea fracta, aut diruta, aut rubigine obdulta reperiatur. Et regulæ, instrumenta sunt artis vitæ, quam profitentur, & quæ non aurum aut argentum, sed coelestia regna luciaris. Nunc ergo omnes considera, nunc istic, nunc illas examina, ne tempore necessitatis obliuioni dataas ad opus tuus minus aptas intuenias. Naucleus non senec tantum, sed sepe membranam illam inspicit, in qua & occulta pericula, & latentes scopulos, & catus navigationis antea descriperat. Et tu in cœlum enauigas, & regula pro nauiculatia, seu arte nauigandi tibi concepsa est; sepe in eam oculos inice, ut pericula spiritualis vita scias, &

viam tenendam agnoscas. Cogita regulam esse quasi archetypum perfectionis; & sicut sapiens architectus, illam frequenter euolue, vt iuxta id, quod praecipit, perfectionis templum in intimis cordis edifices. Si Deus, cum pluim codicem legis, ad omnium vilitatem scriptum, tecum loquitur, vt Augustinus ait, quanto magis tecum loqueretur, cum legis, non ad omnes scriptam, sed ad te, & ad tuu instituti professores specialiter exarata regula? Quis Deum sibi specialiter loquenter non audiat? Quis verba sapientiae sibi proposita, & suu necessitatibus accommodata, non libenter excipiat? Considerabam ego pios libros res spirituales ecclesiastique tractantes, esse quasi epistolam regis ad viuieros suos subditos missam: regulam vero esse velut epistolam regis, ad me specialiter destinatam, quia quid me facere oporteat, clare & aperte proponit. Si igitur sollicitus sum in legendis litteris communibus, & ad alios datus; cur litteras ad me missas non legam? Cur monita ad meam professionem attinetiam praetermittam? Hae legem Dei, quam seruaturus sum, continent, & compunctionem, & ardentissima desideria perfectionis exfuscant. Helcas sacerdos reperit in templo Deuteronomium, hominum illius temporis incuria perditum, quod cum ex ore Saphan scriba audisset rex Iozias, scidit vestimenta sua, & compunctus ait: Magna ira Domini succensa est contra nos, quia non audierunt patres nostri verba libri huius, vt facerent omne, quod scriptum est nobis. Sic prorsus cum legimus libellum legis, nobis imposita, & quam tepide illam seruauerimus, aduertimus: non vestimenta, sed corda scindimus, & de vita nostra imperfecta compangimur. Hae lectio nos animat, atque confirmat, ut qua legimus, actioni mandemus. Lectus est semel tempore Eydre, liber legis Domini distinet & aperit ad intelligendum; & fleuit omnis populus, ac mulieres alienigenas, quas contra preceptum legis duxerant, proicerunt, necnon & festa intermissa celebrarunt. Eodem modo liber regulae, a nobis lectus, nos roborat, & ad prohibita relinqua & iussa complenda confortat. Merito ergo nobis preceptum est, vt regulam frequenter legamus, quia haec lectio incitamentum est meditationis, meditatio vero studiose actionis origo.

II.  
Proh. 21.  
29.  
Psf. 2.12.  
Bern. lib.  
de pra-  
cep. &  
open. c. 16

Pro culpis, licet leuioribus, in obseruatione regulae admissis reipsum aliquando castiga, interdum etiam a Praelato pro his defectibus mihi tibi poscentias pete, & ab ipso pro ratione sui officij iunctas libenter suscipe. Vir impius, ait Salomon, procaciter obfirmat vultum suum; qui autem rectus est, corrigit viam suam.] Quamobrem si rectitudinem colis, viam tuam, id est, vitam, ac opera tua corrigas, necesse est. Non sufficit autem ad correctionem, opera praeposteria in melius mutare, nisi illa priora detestatione delectantur, & debita castigatione puniantur. Regibus etiam, id est, iustis dictum est: Apprehendite disciplinam, ne quando irascatur Dominus:] quia ille non tam irascitur delinquenti, quam post delictum, correctionis disciplinam fugienti. Sic homo dum pro transgressione regulae seipsum corripit, quasi in nullo regulae limites excedit. Pulchre enim dixit Bernardus: Partiendo est proinde nobis in duo viuieris haec obseruatione regularis; in precepta videlicet & remedia. Praeceptis instituitur vita contra peccatum, remedii restituitur post peccatum innocentia. Sic ergo utraque ista complectitur nostra professio, vt professus quisque cum in aliquo forte regularium mandatorum deliquerit, si ad remedium aequum regulare configerit, & si conuincitur transgressor mandati, non

A  
B  
C  
D  
E

tamen paeti praevaricator. Solum itaque censuram fregisse votum, violasse propositum, pactum praevaricasse, qui & preceptum contemplerit, & remedium. Nam illum sanè dico securum, qui etiam si interdum obedientia limitem præterit, consilium non repuit penitentia. Regulares namque terminos, ethi saepe deliquerit, non evadit, qui censura, quæ ex regula est, disciplinam non subterfugit. Pars siquidem regulæ est, regularis correctione, & in ea reperitur non solum bona vita instruacio, sed etiam emendatio prava. Inueniuntur in ea & precepta obedientia, & inobedientia remedia, vt ne peccando quidem à regula recedatur.] Nec sufficit, si nos ipsos corrigamus nisi etiam & a Praelatis corrigi & castigari postulemus. Nam hominem seipsum corrigit, æquitas est, ab alio vero velle corrigi, humilitatis, dum culpam factetur, & quasi sub manu heri humiliatur. Et certe vulnera corporis cupimus ab aliis curari, & pro facilitate carnis adipiscenda, sustinemus à chirurgo secari, & vri, & non modice cruciatibus torqueri; quare multum erit si pro anima salute tuenda, eadem, aut potius mitiora à Praelatis patiamur, & ad eorum arbitrium castigemur? Hæc quidem ratio Basilius efficacissima viva est, vt nos ad correctionem admittandam persuadeat, cuius haec est sententia grauissima: Eorum, quibus medicina fit, parres existimari debent, antititus in se animadueriones, non ad odium accipere, neque impotentem dominationem exstirpare curationem eam, quam misericordia quis adductus, consulendi causa animæ ipsorum salutis, ipsis adhibeat. Esset enim à decoro abhorrens, si cum qui aduersa corporis valetudine laborant, ii vlique adeò magnam medicis suis fidem habeant, vt esto, ipsis fecent, esto, vrant, esto, amarissimis dandis medicamentis medeantur, nihilominus tamen inter benemeritos de se illos numerent: nos non itidem quoque aduersus animarum nostrarum medicos, quandocumque duriore imponenda nobis re aliqua, salutem nobis efficiunt, fuerimus animati: cum Apostolus dicat: Et quis est, qui me lætitiat, nisi, qui contristatur ex me? ] Hæc profecto spontanea correptionis suscepit, indicium animæ sicutis salutem est, cum omnia necessaria ad salutem admittat. Nam & seipsum prout potest, per voluntariam castigationem curat, & quia minus ad hoc sufficiens est, curari à medico non decrebat. Est quoque signum iustitia, cum iustitia huius vita non sit nunquam vel leuiter delinqueret, sed à delicto fugere, & illud fieribus & admissis correctionibus expiare. De iustoque scriptum est: Aperi os suum in oratione, & pro delictis suis deprecabitur:] vt sciamus in exilio illo iustitiam non eo vlique progredi, vt nunquam pectet, sed vt nunquam in delictis perseueret. Hanc autem sponte suscepit correptionem, esse insigne iustitiae, sicut & eius odium indicium iniquitatis, docet Gregorius in hunc modum: Sicut recti de quibuldam, quæ ab eis non recte gesta sunt, correptionis vocem, ministrorum charitatis estimant: sic peruersi contumeliam derisionis putant. Illi se protinus ad obedientiam sternunt, isti ad insaniam sue defensionis eriguntur. Illi correptionis adiutoriorum vita sua patrocinium depitant, per quod, dum presentis vitij culpa corripitur, venturi indicis ira temperatur. Iti cum se impetri redargitione conspicunt, gladium percussionis credunt; quia dum per correptionis vocem culpa detegitur, presentis gloria opinio fedatur. Hinc quippe in laudera iusti per Salomonem dicit veritas: Doce in-

Basil. reg.  
sufficiens  
diss. 52.

Ecccl. 39.  
7.

Greg. lib.  
10. mor.  
63.

stum, & festinabit accipere. Hinc pranorum contumaciam despicit, dicens: Qui erudit derisorum, ipse sibi facit iniuriam.] Non ergo contemptu habebamus hoc iustitia & puritatis indicium, sed cum nos ipsos pro admissis tanquam seueri propriarum animarum paedagogi corripiamus: tum quasi infantes non aetate, sed innocentia, & lenitate correptionem a Praelatis impostam minimè refutemus. Sic iustus Ezechias humiliiter & mansuetè correptionem suscepit. Audita namque calamitate in suum regnum progeniemque venturam, ad Isaiam ita respondit: Bonus fermo Domini, quem locutus es, sit pax, & veritas in diebus meis.] Et contrà verò Saul, imago reproborum, correptionem admittere noluit, quin & in tantam infaniam lapsus est, vt non solum sustineti à Samuele, sed & honore affici postulauerit. Porta, ait, quæso peccatum meum.] Et postea: Sed nunchiora me cotiam senioribus populi, & coram Israe]. Tu iustus procacitatem fugie, & illius humilitatem amplectere, & correptionem Praelati, vt debita culparum exolusas, & iustior fias, libenter admittere.

4. Reg. 20.  
19.1. Reg. 15.  
2. 30.

III.

Aug. 14.  
de ciuit.  
6. 15. +

IV.

Bern. ser.  
60. ad so-  
rem.

Vniuersa, quæ à regula, aut mandata, aut statuta sunt, magni momenti & stima, sive ipsa magna sint, sive parua, quantum hæc consideratio faciet, vt ea seruare non prætermittas. Si ea magni momenti sunt, vt ea, quæ ad vota religiosa, & ad præcepta grauiam pertinent, quis non videat esse seruanda, sine quorum custodia religiosus minime salutem accipiet: Si autem parua sint, eo ipso turpius transgreduntur, quo facilius & suauius seruantur. Quod pulchre annotauit Augustinus, obedientiam Abrahæ, & inobedientiam Adæ adiunicem conferens: Sicut Abrahæ, inquit, non immitterit magna obedientia prædicatur, quia vt occideret filium res difficultissima est imperata: ita & in Paradiso tanto maior inobedientia fuit, quanto id quod præceptum est, nullius difficultatis fuit.] Quodammodo ergo, ô religiosi, tanto magis inobedientes, quanto res iusta minor & facilius est. Et si minima & facilis præterit, nescio quomodo magna custodies. Si ouum stomacho ingestum non digeris, quo pacto bouem decoques? Si ventum sonantem times, quomodo gladium ferientem contemnes? Si verbum minus suau non sustines, quanam ratione grandem contumeliam sustinebis? Sic prolsus, si non assuefuis minora seruare, difficile tibi erit, maiora & grauiora custodire. Omnia itaque ad religiosam vitam pertinentia, tum magna, tum parua, multi momenti sunt, quia magna secum obligationem afferunt, & pœnam ingentem inferunt, parua verò pro mero maioribus præceptis sunt, arque ipsorum securitati deseruunt. Quare si anima salutem cupis, & ad perfectionem anhelas, magna & parua custodire non cesses.

Ilos suspicere, illos dilige, illos te afficia, quos videvis contemptores sacerduli, electatores virtutis, amatores disciplinae. Magna est exempli ad persuadendum efficacitas, & valida vox vita intaminata, cuius asperita ad bona, quæ videris, imitanda petrahrens. Et perfectorum, aut proficientium societas te in suum gremium nō admitteret, si ipsorum mores non imitarentur. Quare dum feruidos, & perfectos amicos, ac familiares habes, aut tibi eorum vita optima imitanda est, aut ab eorum consortio declinandum. Hunc autem esse fructum societatis bonorum, docet Bernardus sic ad sororem scribens: Qui sancto viro associatus fuerit, ex eius societate accipiet vsum bonæ locutionis, & exemplum boni operis, vt accendatur mens eius de die in diem in amore Dei. Amor quidem Domini nos ad id, quod sanctum est & per-

A fectum, impellit, & quicquid perfectum est mandatum à regula, bona actione ac loquitione continetur. Vnde si societas bonorum ad hæc præstanta permouemur, vriue ad disciplinae custodiā inuitamur. Sed luculentius hoc exponit Ambrosius, cuius hæc sunt verba notanda. Non sequamur illecebrosa & seductoria, sed sequamur illud, quod bonum est, illi adhæramus, illud imitemur, illius praesentia, illius communicatio nos meliores faciat, mores nostros coloret, illius quedam nos societas informet. Qui enim bono adhæret, assumit inde quod bonum est, quia scriptum est: Cum sancto sanctus eris, & cum peruelo peruerfus eris, & cum innocentie innocens eris.] Assiduitate enim atque imitatione quedam similitudinis imago informatur. Ideoque addidit: Quoniam tu illuminas lucernam meam Domine.] Etenim qui appropinquat lumini, ciuius illuminatur, & plus in eo splendor aeterni luminis resulget ē proximo.] Exequere igitur illud Ecclesiastici, li te Dei timore affectum exultimas: Qui timet Dominum, æquè habebit amicitiam bonam, quoniam secundum illum erit amicus illius.] Et socios atque amicos, Deum rimentes, & professionem suam seruantes inquire, à quibus, cùm à via exorbitaueris, renoceris; cùm legniter ambulaveris, incriteris; & cùm celeriter progressus fueris, eorum exemplo ad perseuerantiam mouearis. Et contrà verò, si à fratribus inordinatis non te subtrahas, difficulter in bono incepto perfisches. Sicut enim facile est, rectè ambulare cum bonis; ita difficile & laboriosum est inter malos aut tepidos, disciplinam strictè tenere, & non ad eorum imitationem declinare. Meritoque populo suo mandauit Dominus: Ne in eas pactum cum hominibus illarum regionum; ne cùm fornicati fuerint cum diis suis, & adorauerint simulachra eorum, vocet te quispiam, vt comedas de immolatis.] Quibus verbis non solum Israelitas docuit, sed & nos atque omnes euidiuit, vt si in cæpto durare volumus, eorum, qui alieni sunt propoli & vita, amicitias deseramus.

D Sed efficacissimum remedium est vt obseruantiam regularem iam tandem incipias diligenter custodiare, & legnicia præstria relicta, ad solitam assuefas curam perfectionis transire. Observatio eum ac custodia disciplina, non cognitione, sed exercitatione discitur, & operum assiduitate prouelicitur. Deus nunquam cessat te beneficiis afficere, & diuitiis cælestibus cumulare, cur tu eius iusta facere, & eius voluntati obedire cunctaberis? An nescis, quia beneficia recipis, vt tu illis proficias, & talis fias, vt alii quoque positis proficeret? Id certè ex Laurentio Iustitiano poteris disceere. Diuidit, inquit, ipse spiritus dona tua, non vt lateant, non vt sine fructu sint, sed vt erogata proximis luctificiant possidentes. Proinde graui periculo se ingerunt, qui Dei munera suscipientes, nullum ex eis fructum ad Dei gloriam eliceret studerent. Rationem etenim positurus Dominus cum seruis suis, fidelibus & sollicitis tribuet perennes honores; infidelibus verò & tepidis immensa supplicia. Ad hoc namque communica sua beneficia, vt multiplicentur ad profectum eorum, quibus donantur, & non ipsius. Bonorum enim mortalium non eger Dominus, cui cuncta ad votum suscipiunt, & voluisse perfecisse est.] Mater tua, religio sancta, quæ te, Spiritu sancto generante, concepit, quæ te aluit, & educavit, quæ te à malis protexit, & in bonis erudiuit, sermonibus illis ad disciplinæ obseruantiam inuitat, quibus illa septem Machabæorum mater pia postremum ē filii suis ad mortem, pro patriis legibus sustinendam, al-

Amb. lib.  
de bono  
mor. c. 9.  
to. 1.Psal. 17.  
26.

n. 29.

Ecc. 7.  
17.Exod. 34.  
15.

V.

Iust. pro-  
logo de di-  
sciplina  
mo-  
na-  
ciis con-  
ser-  
vare.

7. 144b.  
7. 28.

lexit: Fili mi, ait, miserere mei, quia te nouem mensibus in utero portau, & lac triennio dedi, & in æratem istam perdux. Et post pauca: Dignus fratribus tuis, effectus particeps, suscipe mortem; vt in illa miseratione cum fratribus tuis te recipiam. ] Mater haec nostra, sicut & illa, misericordiam a nobis filii suis postulat, & labores nostri causa succipitos obiciens postulat; quia nostram tepiditatem, nostra derimenti propriam miseriam exifimat. Ad mortem hortatur, ad illam quidem cafforum mortem, que faculo & vitiis morimur, vt Deo in perpetuum & iustitiam vivamus. Fratres nostros imitandos proponit, illos profecto, quos ex custodia disciplina, ex actione virtutis, ex amore perfectionis fœlices indicamus, & cum Deo regnare conicimus. Quis matrem & talem matrem non audiat? Quis eius mandatis salutaribus non obediatur? Quis tales fratres assequi, & cum eis semper letari non concupiscat? Audies igitur, ô frater, hanc matrem tuam, si eius monita &hortamenta suspicias: obedies, si regale te sollicitum obseruatorum exhibeas: assequeris fratres tuos, qui præcesserunt te, si in virtutis itinere eorum vestigia inhæreas. Eorum vita, via virtutis est, eorum opera, virtutum fuerunt opera & sanctitatis exempla. Si cupis arcem virtutis tenere, & virtutum possessor euadere, ipsorum vitam sequere, & actus imitari handquaque prætermittas. Hoc autem postremum, sed præcipuum instrumentum assequendæ virtutis est, quia, qui sanctorum vitam fuerit imitatus, sicut non poterit seruus esse virtutum, ita nec ditissima possessione virtutum orbari.

Summa Instrumentorum assequendæ  
Virtutis.

CAPVT XII.

**D**ODECIM instrumenta ad virtutes obtainendas innenimus; quæ, quia latè exposita sunt, libuit in fine huius tractationis breuiter summarimq; perstringere, vt labili memoria cōsulamus. Primum ergo instrumentum assequendæ virtutis, est cognitio ipsius virtutis; vt scilicet vir iustus, virtutis audius, eius naturam, quā possidere cupit, agnoscat, incitamenta cōsideret, & actus mente comprehēdat. Secundū est, estimatio virtutis, vt nēpe virtus quanti valoris sit, sciat, & cā supra omnes dicitias huius se-

A cali, supra omnes voluptates, & honores, & supra alia dona, quæ hominem solum coram aliis honorabilem faciunt, appetiet. Tertium est, postulatio virtutis, vt nimis illam iustus à datore virtutum, qui non est alius, quam Deus, feruenter & humiliter postulet, à quo omne datum optimum, omnique donum perfectum descendit. Quartum est, diffidētia sui, ac firma spes in Deo, ac in præsidis cælestibus colloca, qua quia in hoc negotio adipiscendarum virtutum, de suis viribus omnino diffidat, & in diuinâ misericordia atque in eius gratia confidat. Quintum instrumentum, ingens desiderium virtutis, quo virtutem, quam pretiosissimam estimauimus, & possibilem nobis ex diuina gratia cogitauimus, ardentius appetamus, ac magno conatu desideremus. Sextum est, intentio actualis operandi ex fine virtutis, qua nimis in operibus, tum internis tum externis, virtutis quam assequi volumus, finem illius proprium respiciamus, & acutu propter illum operemur. Septimum est, Roburmentis ad virtutes quærendas, quo tentationes aduersus virtutem insurgentes, & omnia impedimenta nos remorantia, vincamus. Octauum est, cura particularis, qua vt viri prudentes, qui vires nostras angustis limitibus cinctas esse cognoscimus, vnum vitium post aliud vincere, & vnam virtutem post aliam acquirere, & non simul omnes obtinere gestimus. Nonum est, exercitatio virtutis, qua virtutis cognitione, & desideriis nullo pacto contenti, eius actiones tam externas quam internas frequenter præstare curemus. Decimum est, nullam occasionem exercendæ virtutis omittere, vt particula bona diei nequaquam nos prætereat, quæ non est alia profecto, quam præstandæ alicuius bona actionis occasio. Undecimum est, regularis vita secula; ita vt nullo modo à communib; nostri status oneribus nos subtrahamus, sed simul cum aliis fratribus ea portare, & more ipsorum vivere, gloriosum existimemus. Duodecimum instrumentum est, custodia regulæ, vt nempe omnium, quæ regula mandat, vniuersorumque de quibus monet, sumus diligentes obseruatores, & vita nostra non tam sit regularis, quam regula ipsa, in codibus nostris scripta, atque in actionem deducta. Si his duodecim instrumentis, ô iuste, sedulò & diligenter vñus fueris, absque dubio, diuina gratia aspirante, vniuer- las virtutes asse- queris.